HVIVM *vulgo* Hoye/ *ad Moſam flumen diœceſis Leodienſis elegans oppidum eſt. Vtramq; fluminis ripam pons lapideus operis arcuati coniungit, antiquitate & primaria dignitate inter Condruſios præſtans. Sunt autem Condruſij Belgarum populi, inter Eburones, qui nunc Leodienſes dicuntur, Segnes & Treviros, quorum erant clientes. Moſæ fluvio & Arduennæ ſylvæ finitimi. Situ eſt Huium admodum amœno, ſuperbo, ac pereleganti, viridi ac pabuloſa in valle, inter præcelſos Condruſij montes: Moſæ fluminis ripas illuſtrat. Multa & varia artium liberalium genera hic inveniuntur: inter ea autem pannorum textores, & qui ferrum ex terræ viſceribus eruunt, principem locum obtinent. Natura profecto Huenſibus benigna, blando eos aſpiciẽs vultu, non modo multas ferri fodinas, ex quibus plurimum ad eos lucri annuatim redit,*

 ſed &

ſed & laxiſſima latifundia larga manu eis conceßit, quæ vberrimas ex ſe fruges, & generoſa vina,pro anni lociq́; conſtitutione annuo fœnore producunt. In monte præcelſo civitati incumbente, ſita eſt arx regalis. In proverbium abijt gallicum. Noſtre Dame, Le pont,& le chaſteau, ſont à Huy trois beaux yoyaux.

Vide tabulam Brabantiæ.		Dryhuſen	½	Lovendigem	½
Meſſe	3	Zellicke	½	Somergem	1
Atregliſe	2	Aſſche	1	Vrſele	1
Vaſtine	2	Afflegem	2	Kneſſelaer	1
Goſlin	1 ½	o. Aelſt	1	Oelem	1
VVaure	1	Erp	½	Iacobineſſen	1 ½
Overyſſche	1	Oerdegem	1	o. Brugge	½
Royencloſter	1	Quaet Atrecht	1		8
Ouvvergem	½	Melle	½		
Itterbeke		o. Gendt	2	Staelhille	2
Eggevoert	1		10	o. Ooſtende	2
o. Brueſſel	½				4
	13 ½	Mariekerke	½		
		Vinderhoute	1		

Iter Auguſta Laubingam vulgo Lawgingen 5. Hailbrunnam 17. Heidelbergam 5½. ſimul 27½.

Vide tabulam Ducatus Bavariæ.		Reiteren	1	*Vide tabulã ducatus VVirtenbergenſis.*	
Aichſteten	1	Nevv herberg		o. Laugingen	1 ½
Adlaſried	½	Alt Munſter	½		5
		Filtenbach	½		

LAVBINGA *vulgo* Lawgingen/ *antiquum Bavariæ ducum in Suevia ad Danubium opidum, quantum non modo ex ipſa ædificiorum forma, ſed & ex multis Romanorum inſcriptionibus, quæ integræ, quædam etiam mutilæ ibidem conſpiciuntur, intelligi poteſt. Patria eſt Alberti Magni, ex nobili Solſtettiorũ oriundi familia, ex cuius natalitia domo, elegans eſt conſtructa Eccleſia, & in turri ab incolis erecta illi ſtatua.*

Stauffen	½	o. Schorendorff	2	Vorfelt	2
o. Giengen	1 ½	o. VVinada	2	Helmſtet	1
o. Haidnhaim	1 ½	o. Botvvar	2	Lobenfelt	1
S. Bartelme	2 ½	Gruppenbach	1	o. Heidelberg	1 ½
Bargen	2	o. Hailbrun	1		5 ½
o. Gmundt	1		17		

Aliud

Aliud iter Heidelbergam per Nordlingam 9. Halam 8. VVimpfinam 6. Heidelbergam 5. ſimul 28. Inde VVormatiam 3. Creutznacum 7. Leodium 30$\frac{1}{2}$. Lovanium 13. Machliniam 4. Antvverpiam 4. ſimul 89$\frac{1}{2}$.

Oberhauſen	1	Merding	2	o. Nordlingen	2
Langvvalda	1	o. Dunavvert	1		9
VVeſtendorff	1	o. Harburg	1		

NORDLINGA *vel Nordlingiacum vulgò* Nordlingen/ *à Tyberio Nerone 34. annis antequam ad imperium eveheretur, nomen ſumpſiſſe ſcribitur, dum videlicet ſub Cæſare Auguſto militaret, vt Nordlinga ſit quaſi Nerolinga, quia Nero cum ſuo exercitu ibi hyemem tranſegit. Primum civitas exſtructa eſt in monte, vbi adhuc parochiale templum, S. Emerati ſitum, quæ cum igne vaſtata eſſet, poſtea cura Imperatorum in valle erecta eſt, ad fluvium Eger dictum, qui civitatem fere mediã interſecat. Habet maior domorum pars, in hoc ſitu, ſuos proprios & ſalubres fontes, cellas varias, atque multas alias commoditates, quas in monte habere non potuit. Habuit ab antiquis temporibus patricios & multos nobiles, atque divites familias, inſigneſq; alios cives, quos & ob egregia ipſorum facinora domi foriſq; geſta, Cæſaris magnis proſequuti ſunt beneficijs ac gratijs.*

o. Elvvang	3	o. Hall	2
Dann	3		8

HALA *Sueviæ præſtans imperiale opidum ob Salis ingentem copiam è monte cæſam, atque deinde aqua, per ſalis montem derivata recoctam, partim ad molem augendam, partim ad ſaporis ſuavitatem, inprimis viſu dignum. In valle ſitum eſt. Cocharus flumen opidum interſecat, plurimaſq; commoditates adfert, præſertim vectura lignorum, quo in ſalis coctione vtuntur, vnde non huius modo opidi incolæ, ſed & vicini quæſtum, & fructus, ingentes percipiunt. Nam in ſalinarijs caſis tam nocturno quam diurno tempore, continuo occupantur labore, qui decem & quinque vrnis, aquam ex fonte Sul hauriunt, & per canales ſubtili ratione compoſitos, ad Sartagines plumbeas, quarum 111. ſunt, deducunt.*

o. Eringen	2	o. VVimpfen	2
Nevvenſtat	2		6

VVIMPFINA *vulgo* Wimpfen/ *ſita eſt ad Neccarum. ſumpſiſſe nomen putatur quibus à martyrio & tormento mulierum, quaſi* Weib / pein. *Etenim hac civitas olim à Hunnis deſtructa, viri occiſi, mulieribus vbera amputata fuerunt. Antea Cornelia dicta fuiſſe traditur.*

Bruch	½	o. Malmedier	3	Zeron	1
o. Hildeſsheim	2	Tzar	1	Ramey	1
o. Statkeil	2			o. Liege	1
Eyermunde	1		25½		30½
Manderfeldt	1	Polliſter	1		
Holtzum	1	Rana	1		

LEODIVM *Eburonum Auguſta, vrbs Germaniæ inferioris, quam & ſecundam vocant maxima, nomen habet à Legione Romana, cũ quinque cohortibus, ab Ambiorige, Eburonum Regulo, in ea valle, vbi nunc eſt vrbs Leodium cæſa, & in eodẽ loco hybernante, quemadmodum id Thomas Leodius, commentariolo de Tungris & Eburonibus confirmat. Vrbs ipſa Leodienſis quam optime munita, altiſsimis circundata mœnibus, veſtitos vitibus montes, carbonarijs fodinis præſtantes, libratamq́; planitiem murorum ambitu comprehendit: piſcoſis irrigua fluvijs, ædificiorum & publicorum & privatorum magnificentia plane regia: viarum ac platearum nitore & amplitudine præcellens: ita vt vniverſus Leodij ſitus, videndi ſenſui oblectando, grataq́; animorum recreationi deſtinatus videatur. Sive enim quis montibus oblectetur, habet, quocunq́; ſe vertat, in quibus expediſsimus quiſq́; defatigetur: Si quẽ planicies & prata iuvant, meditullium vrbis hac affatim dabunt. Gaudes navigio, Venetã vrbem habebis, niſi, quod hic rivi fluminis, & lympidiſsima fontium aqua multo iucundior ſit, quam apud Venetos fœtidum mare. Politica incolarũ civilitate, hoſpitalitate, & elegantia civiũ, nobiliſsima eſt, doctiſsimus denique viris, varioq́; artificũ genera ornatiſsima. Muſarũ etiam alumna ac ſedes: ſcholas enim & ſtudiorũ paleſtras, complures habet, ex quibus doctiſſimi viri, qui rei literariæ ſcriptis ſunt ornamento magno frequentiq́; numero, velut ex equo Troiano prodierunt. Et quod de ſua Burdegala teſtatur Auſonius, clementia hic cœli mitis & larga indulgentia terræ.*

Le cheſne Calloo		o. Tienen	2	o. Machelen	1
Ans	½	o. Loven	3		4
Ayavvants	½		13	VVaelhem	½
Fol	1	Tieldonc	1	VVaerloos	½
Mommael	1	Meerbeec	1	Contick	1
Pruſſet	½	Heueren	1	Luythagen	1
Borchvvorm	1½	cl. Muſen		Berchem	½
Haſſelbroeck	1			o. Antvverpen	½
Gingelum	1				4
o. Landen	1				

Iter Auguſta Limburgum 65½. Aquiſgranum 3. Traiectum ad Moſam 4. Antvverpiam 14. ſimul 86½.

Nordlingã vſque	9
Halam	8
o. VVimpfinam	6
o. Heidelbergam	5
o. VVormatiam	3
o. Creutznacum	7
	38

Tzar in itinere Creutznaco Leodium numerantur milliaria	25 ½
Limburgum	2
	65 ½

Vide tabulam Brabantiæ.

Die Hegge	1
Lontzen	½
Hergenrade	½
o. Aken	1
	3

AQVISGRANVM, *Sacri Romani Imperij civitas libera, à Grano Duce Romano, Neronis, fratre primeva fundatione conſtructa, ab eo, & ab aquis calidis; plano in loco ibidem repertis (vt multi, incerto tamen authore perhibent) Aquiſgranum denominata. Devaſtata ab Hunis à Carolo Magno reſtauratur, muriſq; cingitur: qui & primus religionis Chriſtianæ pedotriba, hic extitit. Palatio etiam, regia magnificentia conſpicuo, huius vrbis ſplendorẽ adauxit, quod anno Chriſti DCCCLXXXI. à Nordmannis igne conſumptum eſt. Ex eadem hac vrbe Carolus, re & nomine Magnus, anno parte ſalutis DCCCXIV. ad felicem beatorum patriam emigravit ætatis ſuæ LXXI. ex quo regnare ceperat XLVI. Indictione ſeptima, 5. Kal. Februarij, hora diei 3. Cuius corpus more ſolenni lotum & curatum, maximo totius populi luctu, Eccleſiæ illatum atque humatum eſt, quam ipſe ſuis impenſis, eodem loco conſtruxit. Arcus autem ſuper tumulum eius deauratus, cum imagine & titulo extructus eſt talis. Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli Magni, & orthodoxi Imperatoris, qui regnum Francorum notabiliter ampliavit, & per annos XLVI. fœliciter rexit. Hæc vrbs, tametſi in valle ſita, & montibus circunquaq; ſepta ſit, incredibili tamen gaudet aëris ſalubritate, quàm præcipuè teſtantur mira hominum in ea ad decrepitam vſq; ſenectam vivacitas, ac peſtilenticorum morborum raritas. In proximo vrbis ambitu, lata fere planities eſt, in qua & paſcua ſunt, alendo pecori commodiſſima, & agri pingues, omniſq; generis frugum feraces: Hos ambiunt montes ſylvoſi, igni alimenta præbentes, necnon ligneã ſaxeamq; materiam, ædificijs abunde ſuppeditantes. Nec deſunt fontes, tam foris paſcua irrigantes, quam intus diverſis vrbis locis, cum publicè in plateis, tum privatis in ædibus ſcaturientes: ſed ſtructura ac magnitudine inſignis, qui medio in forò, è regione ampliſſimæ domus Senatoriæ, perpetuas aquas, octo canalibus ex alto diffundit. Sunt & torrentes mediam vrbem perlabentes, munditiæ ac molis circunducendis ſervientes. Infra miliaris ſpaciũ ab vrbe ad Hybernum occaſum, effoditur Cadmiæ genus, vulgus lapidem Calaminarem vocat, quo æs, ad auri colorem tingitur. Haud procul inde, Meridiem verſus, ferri plumbiq; inveniuntur metalla. Ad Orientem ab vrbe effoditur terra nigra, foco culinario, admixta gleba, aptiſſima. Adeo natura ipſa, locum hunc varijs multiſq; dotibus locupletavit, vt ad fœlicitatem nihil deeſſe videatur, quam navigabilis fluvius quo tamen quamvis careat, cum ad Oriente Rhenum, ad Occidentem Moſam habeat, tanta eſt ibi annonæ copia & facilitas, vt multas etiam riparias vrbes, hoc nomine ſuperet. Sed alias dotes omnes, vincunt aquarum calidarum vberrimi ſimul & ſaluberrimi fontes,*

nec

nec calore nec humore deficientes, tanta copia ſcaturientes, vt ſinguli plures balneorum alveos, eoſq; magnos, nova quotidie aqua implere queant. Sunt autem eorum quidam intra mœnia, quidam non procul extra, in vico ſuburbano. Intra vrbem duæ ſunt præcipuæ Thermæ, quarum altera dicuntur regia, altera Corneliana, quæ quidem, vt loci intercapedine diſtant, ita & aquarum qualitatibus, ac cumfacultatibus, cũ inter ſe, tum à ſuburbanis nonnihil diſcrepant.

Vide tabulam Brabantiæ.

Lummiers	½	Scharen	½	o. Liere	2
Vijlen	½	o. Maſtricht.	¼	Luythagen	2
Partey	¾		4	Berchem	½
Gulpen	¾	Bilſen	2	o. Antvverpen	¾
Schuerle	½	o. Haſſelt	2		14
Iſern	¾	o. Dieſt	3		
Bemelen	½	Yetegem	2		

Iter Auguſta Moguntiam 38. VVeſaliam 7. Boppardiam 3. Confluentiam 3. Antoniacum 3. Bonnam 6. Coloniam 4. ſimul 64.

VVormatiam vſq; numerantur mil.	31	o. Meintz	3
o. Oppenheim	4		38

MOGVNTIA, *alijs Moguntiacum, vulgo* Maintz/ *nomen ſortitur à Mogano vel Mœno fluvio. Olim Moguntiæ Romanorum munimenta fuerunt contra Alemanos ad ipſam Rheni ripam. Mogũtia vetus paulo remotior à Rheno fuit, quemadmodum adhuc ruinæ teſtantur. In loco admodũ amœno eſt Moguntia vbi Mœnus fluvius Rheno commiſcetur, agrumq; habet ab vtraq; Rheni ripa fœcundum & præſtantiſſimo vino luxuriantem. Magna eſt Moguntia, bene munita & ſpiſſa, tum populoſa ea parte quam Rhenus alluit, ex alio vero latere rarum habitatorem habet. Immenſa eſt longitudine, in lato anguſtior. Aedes ampliſſimæ ſunt Romanorum more: Baſilica & collegiata Eccleſia magnifica & perornata cum Arce Epiſcopali. Nulla eſt in Rheni tractu civitas quæ plura quam Moguntia antiquitatis monimenta oſtendat: Archiepiſcopũ ex ſeptem virorum imperij ordine Dominum & moderatorem agnoſcit. Vniverſitatem habet circa annum Chriſti M.CCCC.LXXXII. à Deithero Iſenburgio Archiepiſcopo inſtitutam. Tacitus hic molam à Druſo ad remorandum Rhenum fluvium inchoavit, & à Paulino Pompeio Romanorum legionum in Germania Duce ſub Nerone Imperatore perfectam. Pons quoq; ligneus apud Moguntinos à Carolo trans Rhenum conſtructus fuit, qui paulo poſt Vulcani rabiei litatur.*

Vinten	1	Dreckshuſen	1	o. VVeſel	1
Ingelhem	1	o. Bacharach	1		
Ogershem	1 ½	*Dicitur oppidum Bachi ſedes ob præſtã quod ibi creſcit vinum.*			7 ½
o. Bing	1				
tranſmitte fluvium Na.					

VVESALIA *ſuperior, ad deferentiam VVeſaliæ inferioris ad ſiniſtrũ Rheni latus inter Bachracum & S. Goari vicum medium quaſi occupat. Archipræſul Trevirenſi paret. Situ eſt peramœno, ædificijs privatis ac publicis decoratur.*

o. S. Gvver	1	o. Bopart	1
Hirzenach	1		3

BOPARDIA *poſt S. Goari oppidum, ſiniſtrum Rheni latus occupans, impignorationis iure ad Archiepiſcopum Trevirenſem ſpectat. Aliqui antiquitus Bonum portum dictum fuiſſe volunt. Si enim ſitus opportunitatem, vini abundantiam præſtantiamq́; ſi liguorum & earum omnium rerum quas vitæ neceſſitas poſtulat, copiã conſideres: ſi oppidanorum elegantiam, vrbanos iucundoſq́; ſales, quibus ſuaviſſimè ſe exercere & reficere ſolent, conſideres, non immeritò Bopardiam hanc, à ſitus portus bonitate, nuncupatã putabis. Iuxta Bopardiã Arx vetus eſt, quã vulcani rabies deformavit, domus regia vulgo nuncupata quæ in poteſtate Baronũ eſt, vulgus* die Bayerherrn von Boppart *appellitat, qui multa caſtra in Lotharingia poſſident, vbi & plurimum morari conſueverunt. Hæc regia domus anno 1497. à Bopardiẽſibus, in obſidione ſecunda Brandeburgici ducis, ne hoſtis eſſet munitio, incenſa eſt. Torrens hanc præterlabitur domum, inde nomen habens* die Königs Bach/ *originem habet ex proximis ſylvis ad oppidum pertinentibus, Reipubl. eo commodus quod ſeptem per illum molæ agitentur.*

Aſcendendus mons arduus.

o. Rens	1	o. Coblentz	1
Capel	1		3

CONFLVENTIA *vulgo* Coblentz/ *oppidum Galliæ, Epiſcopi Trevirenſi paret. Hic Moſella, quæ Ptolemæo Obrinca, ex Vogeſo monte oriens, multis admiſſis amnibus, Rheno, commiſcetur, & longiſſimo tractu, diverſa vtriuſq́; fluminis aqua ob diverſitatem coloris conſpici, & diſcerni poteſt, levam Moſella, dextra Rhene obtinente, Oppidum, hoc commendat antiquitas, ſicut & reliquas omnes confluentes vrbes, quarum non paucæ iuxta Rhenum inveniuntur. Studuerunt enim veteres in huiuſmodi confluentijs condere civitates, & arces, quod ea loca tutiora ſint, ac munitiora, & deinde multas commoditates ab amnibus habeant. A confluendo datum oppido nomen.*

Iuxta Moſellam habitatoribus frequens,pulcherrimarum ædium ſerie ad pontem vſq;, ſummo ornatu deducta egregie nitet. Bina Canonicorum collegia habet,ædes ſacras auguſtas, Teutonicam domum, aliaq; cœnobia, Palatium item Principis amplum & homines emunctæ navis,ingeniisq; bene dotatos & excultos,qui neſcio quid Atticum omnes ſpirant:vtraq; Moſellæ ripa,eximij operis ponte coniungitur, qui ex quadratis lapidibus,pilis,longo ordine arcuatim conſtructis, innititur,& ex inferiore Germania, in ſuperiorem tendentibus, tranſitum per hoc oppidum præbet. Ex oppoſito ad dexterum Rheni latus, in ſummo montis culmine Reverend. Archipræſulis Treviren. caſtrum eſt Erenbretſtein,validis munitum ſaxis ac turribus,omniq; generis machinis bellicis,pulvere item,ac globis inſtructiſſimum,ex quo Confluentini in officio retineri, Rheno etiam atq; Moſella,ingrati hoſpites percommodè arceri poſſunt. In montis radice Molhema pagus,eſt,in quo Monachorum cœnobium,& acidi ſaporis fons vberrimus,qui ſolus huic oppido potum largitur.

o. Andernach 3

ANTONACVM *ſive Antoniacum,quod Ammianus qui Iul. Cæſaris ſtipendia meruit Autennacum nuncupat vulgo* Andernach/ *in plano,ad Rheni marginẽ ſitum,fertiliſſima montium iuga,theatri inſtar cingunt. Telonio,& Valentiniani Imperatoris tumulo celebre eſt.*

tranſmitte Rhenum.		Oncle	1 3/4	a. Godesberg	1
o. Rheinbroel	1	*tranſmitte Rhenum.*		o. Bonn	1
o. Lins	1	VVinter	1/4		6

BONNA *celelebre & antiquum Germaniæ oppidum ſiniſtrum Rheni latus, ſitu plano ac peramœno illuſtrat; iucundiſſima agri vbertate gaudet, qui non modo omni frumenti genus, ſed & optima vina maxima ex ſe vbertate fundit. Iuxta ſunt colles præſtantiſſimis fructibus non tantum ad neceſſitatẽ, ſed & ad delitias per opportunis,vndiq; conferti,qui & venatoribus optatos præbent receſſus.Feraciſſimus etiam excolitur hortis atq; pomarijs,qui dulciſſima rivulorum ac fontium aqua,non ſine grato murmure irrigantur.Tanta vicini agri amœnitas & elegantia,cum olim,tum noſtra quoque ætate,permultos nobilitate præſtantes viros,atque adeo Archiantiſtites Colonienſes invitavit,vt domeſticam in eo figerent ſedem. De qua quidem aëris ſoliq; felicitate,huiuſcemodi in antiquo ſaxo carmen invenitur.*

Bonna ſolum felix,celebris locus,inclyta tellus.
Florida martyrio,terra ſacrata Deo.
Exulibus requies,aſilum mite fuiſti
Semper, externi te reperere ſuam.

Bonna opportuno ad defenſionem muro,& foveis apprimè inſtructis cincta eſt. Forum ſatis amplum,pulchris ædificijs atque tabernis clarum,fontem admirabili aquarũ

copia ſcaturientem, per occultos terræ meatus deductum, oſtentat.

VViddig	$\frac{1}{2}$	VVeſling	1	o. Cõlln	1 $\frac{1}{2}$
Herſel	$\frac{1}{2}$	Godorp	$\frac{1}{2}$		
					4

Aliud iter Auguſta Francoſurtum 34$\frac{1}{2}$. inde Cololoniam 21. ſimul 55. Inde Nucium 5. Venlonum 8$\frac{1}{2}$. Sylvam Ducis 12. Dordracum 10. Delffinum 4. Hagam Comitis 1. Leydam 1$\frac{1}{2}$. Harlemum 4. ſimul 101$\frac{1}{2}$.

Nordlingam vſque vt		Rot	$\frac{1}{2}$	o. Piſcophaim	$\frac{1}{2}$
ſupra videre eſt in iti-		Planfelden	$\frac{1}{2}$	o. Miltenburg	2 $\frac{1}{2}$
nere Heidelbergã ver-		Kelberbach	$\frac{1}{2}$	o. Aſcheburg	3 $\frac{1}{2}$
ſus numerantur millia-		Rocbach	$\frac{1}{2}$	o. Stockſtat	1
ria	9	Hapshauſen	1	o. Seligſtet	1
o. Dinckelſpuhel	2	VVachnbach	1	Piber	2
o. Berenpreunen	1 $\frac{1}{2}$	Mergethem	1	o. Franckfort	1
o. Krelhaim	1 $\frac{1}{2}$	o. Konigshoven	1		
VValhauſen	1 $\frac{1}{2}$	Diſtelhaim	1 $\frac{1}{2}$		34 $\frac{1}{2}$

FRANCOFVRTVM *in extremitate Franciæ orientalis, ad Mœnum fluvium ſita, nomen ante Helenopolis, ad Francorum vſque in eam adventum obtinuit, à quibus poſtmodum Francofurtum ſive Francofordia, appellata fuit. Ab antiquis temporibus Imperialis civitas extitit, electioni novi Imperatoris conſecrata: Primus ibi Arnolphus Imperator eſt deſiguatus. Interſecat hanc vrbem Mœnus, fluvius magnus & navigabilis, qui ex monte Vichtelbergio ſcaturiens, per Francorum terram delabitur, ac multos recipiens annes, nobile hoc emporium alluit, ex & oppoſito Moguntiæ Rheno commiſcetur. Traiectum ac vadum Mœni Franci olim ſub Carolo Magno poßidebãt, à quo civitati Francfordianæ, per eam occaſionem natæ datum eſſe nomen pleriq; exiſtimant, cum tamen conſtet, hanc vrbem, etiam ante Caroli Magni tempora, iam olim Francofurti nomen obtinuiſſe. Altera civitatis pars, ea quidem maior, atq; ſplendidior, Francofurtum: Altera autem, quæ & ipſa muris, ac foveis cingitur, Saxenhauſen, hoc eſt, Saxonum domus vocatur. Vtraque autem præſtantißimi & arcuati operis ponte, longa ſerie conſtructi iungitur, eiuſdemq; ampliſſimi Senatus gubernaculis regitur. Civitas hæc nundinaria, & quaſi commune, non modo Germaniæ, ſed totius Europæ emporium eſt, certis ſiquidem anni temporibus, in Quadrageſima nimirum, atque Septembri, negotiatores, huc ad celebrem mercatum, ex ſuperiore & inferiore Germania, Italia, Gallia, Anglia, Polonia, Oſtlandia, cæteriſq; Orbis partibus conueniunt, omniſq; generis merces conferunt, quas partim parata moneta, partim aliarum rerum commutationibus diſtrahunt, atque divendunt. Pipinus Caroli Magni parens, in hac vrbe ſacrum Salvatori templum, & Canonicorum collegium (quod tamen hodie ad S. Bartholomeũ vocatur)*

catur) ædificavit. Carmelitarum fanum, præſtantiſſima nobilitatur tabula, D. Virginē in cælū emigrantē, repræſentante, quam, magni illius Alberti Dureri, immortalitate digniſſima manus, ſummo artificio delineavit. Carolus IV. Rom. Imp. electionis Rom. regis futuriq́, Imperatoris, per ſeptem Germaniæ Principes Electores fiendæ, locum in perpetuū conſtituit, bullaq́, ſua aurea confirmavit. Nam antea, quantum ad ipſum electionis locū variè obſervatum erat, quanquam prius etiam vt plurimum electio Francofurti fuerit celebrata. Vnde & mos inolevit, vt cum in diſſentione Electorum, duo pariter in Rō. Regē nominarentur, alter in agro Francofortenſi iuſto cū exercitu conſideret, alterumq́, ſeſquimenſis ſpatio, cum eo conflicturus expectare conſueverit, qui cum vel prælio, vel alias cedente adverſario ſuperior extabat, tum demum in vrbem recipiebatur & pro Rege agnoſcebatur. Ita accidit inter Henricum Landgravium Thuringiæ, & Conradū Frederici II. filium. Item inter Lodovicum Bavarum, & Fridericum Auſtrium. Similiter inter Guntherum Comitem à Scvvartzenburg & Carolum IV. Porrò in nundinis Francofurtēſibus illi, qui in arte gladiatoria excellunt, magiſtri titulo ſi id ambiant, à magiſtris eiuſdem artis, civibus tamen huius vrbū, ex ſpeciali Romanorū Imp. & Regum privilegio, inſigniuntur, id quod alibi non licet.

Vide VVeſtphaliæ tabulam tertiam.		Hundsangel	1	Eiſſingen	¼
Ridlem	½	Moltzperg	1	Pleit	½
Schvvalbach	½	VValmerode	½	o. Syburg	¼
o. Konigſtein	1	Pyffenſterz	¼		18
tranſi ſylvā quæ extenditur ad miliare	1	Fruling	¼	Laer	¼
Eſlch	1	*vſque ad ſylvam*	1	Menden	¼
VValſtorff	½	Huſtenbach	½	Troſtorp	¼
Camberg Oppidulum ad dextram.		VValler	½	Spich	¾
cœ. Gnadenthal	1	o. Aldekirch	1	VVaen	¼
Euffingen	½		13 ½	Orbach	¼
Louvven	½	Kircheib	2	ſt. Colln	1
o. Limpurg	1	Vckract	½		21
	7 ½	Auff die VVaet	1		

COLONIA AGRIPPINA *vulgo* Cölln/*potentiſſima ampliſſimaq́, Romani Imperij libera civitas ad citeriores Rheni ripas ſita, Vbiorum ſedes fuit, qui graviter à pugnaci Suevorum gente bellis & obſidione laceſſiti, Rom. implorantes auxilium à Iulio Cæſare in amicitiā S.P.Q.R. recepti fuerunt. Augusti verò tempo-*

ſpatÿs magnis ſunt ſtratæ lapidibus, & pulchrrrimis ædificÿs nitent. Eſt hic optimarum diſciplinarnm Vniverſitas, anno à Chr. Nat. 1388. ab ampliſſimo Senatu inſtituta, primarum facultatum Artium, aliÿſq; inſuper collegÿs, ad ſtudioſorum ſublevandam inopiam ab optimis viris fundatis ornatiſſima. Ex qua Lovanienſis pari dignitate filia, anno poſt Chr. Nat. 1426. prodÿt.

Merrem	½	Dormagen	½	o. Nuys	1
Merringen	½	Am Stutgen	½		
VVoringen	1	Grimlickhuſen	1		5

NOVESIVM *vulgo* Nuyß / *civitas eſt Vbiorum Rhenana. hæc vrbs à primordio ſecundis Rheni fluctibus irrigata, ſiniſtrum ſitu latus illuſtravit, donec fortuna minus propitia, alveũ Rhenus curſu immunitans, nunc ſaltem deducta incolarum induſtria foſſa alluitur. Vrbs Noveſium aquarum copia, propugnaculis, foſſarum & murorum ſtructura, tam probè munita eſt, vt graviſſimam in Caroli Burgundiæ Ducis obſidtonem, annum ferè integrum ſuſtinere potuerit. Ad extremum Frederico Imp. cũ maximis copÿs accedente, pacificationis media ineuntur. Burgundicus princeps ſolutis caſtris diſcedit. Imperator, ob res fortiter obſidione geſtas civitatẽ prærogativis quibuſdã & privilegÿs ditat. Nam immunitatẽ vectigalium, quã Telonarÿ ex mercibus præter navigantium mercatorum exigunt, Noveſienſibus donavit, Libertatem etiam cudendæ monetæ, civibus eſt elargitus. Edixit inſuper civibus, vt auream Aquilam, nigro clypeo incluſam, in ſignis militaribus gerent, & quaslibet magiſtratus literas, rubra cera obſignarent.*

Karſt	2	o. sHertogenboſch	1	o. sGrevenhage	½
VVilich	1				
S. Tonis	1		12		1
o. Kempen	1	Hueſden	2	Perlijn	½
S. Niclas	1 ½	o. Gorcum	3	Raephorſt	½
o. VVachtendonck	½	o. Dordrecht	5	o. Leyden	½
o. Venlo	1 ½				
	8 ½		10		1 ½
		o. Rotterdam	2	VVaermont	½
Helmont	5	o. Schiedam	1	Teylingen	½
S. Oyen Ro	3	o. Delfft	1	Liſſe	1
Boxtel	2		4	Hillegom	½
Gheſtel	1			o. Haerlem	1 ½
		Rijſvvyck	½		4

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL

Iter Auguſta Gelriam 68. Neomagum 7. Vltraiectum 6. Amſtelredamum 6. ſimul 87.

Nucium vſque numerantur mil.	59 ½	o. Nieumegen	2	Zulen	1 ½
o. Crevelt	3 ½		7	Marſen	½
Aldekirch	3	o. Khenen	2	Brakelen	½
o. Gelre	2	Amerongen	½	Loeverſlot	
	68	Loenſen	½	Bamburg	1
o. Goch	4	Dorn	1	Abcoude	½
Groſsbeke	1	o. Vtrecht	2	Oudekerke	1
			6	Brillenburg	
				o. Amſterdam	1
					6

Iter Auguſta Calllariam 69. Cliviam 1. Embricam 3. Arnhemum. 3. ſimul 70.

Nuſium vſque numerãtur mil.	59 ½	o. Vrdingen	1	o. Berck	¾
Strumb	1	Aſperg an die		o. Santen	2
Lathum	1	Trip	1	o. Calcar	2
		Bornum	¾		69

CALCARIA *opidum in inſula Rheni & Belgia Batavia, à Comitibus Clivenſibus primitus ædificari cœpta, vt præſidium eſſet ac tutum refugium ab incurſionibus diocœſanorum Colonienſium ac Gelrenſium vicinorum, quibus cum ipſis frequentia bella gerebantur. Nomen verò accepit ab antiquiſſimo pago Calcar, à quo trans inſulam hanc, ad vlteriorem ripam erat traiectio. Lanificio & coctione cerviſiæ quæ iſthinc ad finitima loca trãsferebatur potẽs ac dives facta, haud mediocriter crevit. Nũc verò quaſi penuarium eſt omnium fere contiguorum locorum, eo, quod iſthuc ſingulis ſeptimanis frumenta ſua coloni divendenda frequentiſſimè convehant. Vnde etiam horreum ſive granarium inſigne ampliſſimumq́ue. iſthic erexit quondam Adolphus primus Dux, ex quo neceſſitate poſtulante, Cliviæ Duces & Calcarienſis Reſp. caritatem annonæ ſublevarent, & vicinis civitatibus ac populis, eam & proviſione, & copia ſua, redderent laxiorem. Præſtat hoc ipſis Calcariẽſibus ſitus, & navigabilis fluvij commoditas, qui dorſo ſuo naves, re frumentaria onuſtas, ſubvehens, gratas incolis merces apportat. Ob celebritatem igitur nominis, & inſignia privilegia, vna ex præcipuis vrbibus ducatus Cliviæ Calcaria conſtituta eſt, ad quam maximus numerus civitatum ac pagorum, Iuſtitiæ cauſa, appellare conſuevit. Sunt haud obſcuri nominis Geographi, qui è Cornelij Taciti libro primo obſervarunt, ſupra hanc civitatem, in loco qui modo dicitur (*auff den Baern*) olim Germanicum Cæſarem Rhenũ ponte iunxiſſe, cum ille à Veteribus*

Caſtris

Caſtris (nunc Xanten) expeditionem in Marſos moveret, quos arbitrantur nunc Tvventiæ incolas eſſe, apud quos etiamnum oppidulum Otmarſen, antiquiſſimum gentis nomẽ referens, exiſtit; vbi Tacitus celeberrimum Tanphanæ Deæ delubrum à Romanis everſum, ac prophanatum commemorat, quod opinio eſt erectum fuiſſe, in eo ponte, qui noſtro ævo Bentenerberg/ *vulgo cognominatur. Civica domus eleganti ſtructura, ac inſulari ſitu, amplum huius oppidi forum, inclytum reddit.*

o. Cleve	2

CLIVIA *vulgo* Cleve/ *non infimam in ducatu Clivenſi dignitatem obtinens, antiquitate, caſtro, ac illuſtriſſimi Iuliacenſis re Ducis inclyta ſede, Collegio eccleſiaſtico. ſitu, & amabili incolarum humanitate memorabile eſt. Nam qui vetera ex Chronicorum monumentis eruunt Clivenſes Grinnos Tacito dictos ſuſpicantur. Situ etiam peroportuno excellit: montis dorſum, arcem venuſta ſtructura claram ſuſtinet, ex qua non in ipſum modo oppidum, ſed & vicina pabuloſa, localibrata planicie leta, virẽtiq; gramine tecta, quam longiſſimè patet proſpectus; potiſſimum vero è turri, altitudine conſpicua quæ à cygno verſatili, ventorum iudice nomen habet.*

Furen	1	o. Embrich	1
Hompe	$\frac{1}{2}$		
Griet	$\frac{1}{2}$		3

EMBRICA *vulgo* Embrich/ *opidum Ducatus Clivenſis, incolarum & ædium frequentia, Collegio Canonicorum & ſchola concinnum.*

Elten	$\frac{1}{2}$	Dunen	$\frac{1}{2}$	o. Arnhem	$\frac{1}{2}$
Zevenaer	1	VVeſterfort	$\frac{1}{2}$		3

Aliud iter per Duſſeldorpium quod diſtat Auguſta mil. 59$\frac{1}{2}$. Duyſburgum 3. VVeſaliam 3. Reeſ 2. Embricam 2. Arnhemum 3. ſimul 72.$\frac{1}{2}$.

Coloniam vſq; numerantur mil.	54 $\frac{1}{2}$	Hittorp		Creutzberg	1
Merrem	$\frac{1}{2}$	Monheim	$\frac{1}{2}$	Hoeckinge	1
Langen	1 $\frac{1}{2}$	Ordenbach	$\frac{1}{2}$	o. Duiſsburg	1
Hic tranſmittẽdus eſt Rhenus.		Schalcęsmul	1		3
		o Duſſeldorp	1		
			59 $\frac{1}{2}$		

DVYSBVRGVM *vetus Francorum Regia celebre Germaniæ veteris opidum, Clivorum nunc Principi paret. Id clarum ſemper fuiſſe, cum maxime ædificia, tũ hiſtoriarum etiam monumenta declarant. Præcipuam Salvatori dicatam Eccleſiam*

cleſiam Parochialem, ſtructura non ignobilem oſtentat, quę per Teutonici ordinis dominos administratur. Quam clarū & celebre hoc opidum fuerit, confirmat Synodus illa Epiſcoporum Duyſburgi ſub Henrico I. Rom. Rege coacta, ob excecationē Bennonis Metenſium Epiſcopi, in qua eius rei auctores ſunt excommunicatione percuſſi, vt apud Reginonem in Chronicis videre eſt, Anno domini 1427. Adhac celebris ille conventus ab Othone Magno, Duyſburgi ſiue Teutoburgi ferijs Rogationum indictus, etiam principibus viris, locum commendatum fuiſſe declarat in quo graviſſima quędam negocia, cum Principibus Lotharienſium, atque Francorum tractata fuerunt. Sylva huic oppido vicina, quam Tacitus Saltum Teutoburgenſem vocat Duyſburgum cingit pluſquā mediū: quibuſdam in locis vix 4. aut 5. Baliſtarum iactibus diſtans: vaſtiſſima eſt & ampliſſima, in qua innumerabilis porcorum multitudo glandium proventu alitur. Ferę in ea varię vt Apri, Meles, vulpes, Lepores, Cuniculi, Cervi, Feles: equi autem ſylveſtres abſq; numero, qui ſæpe totis armentis extra ſylvam vagantes paſcere, nec facile fugere conſpiciuntur. Rivulos habet plurimos & limpidiſſimos: montes ſunt excelſi, arboribus prę altis circumquaq; veſtiti: naſcuntur vulgo tam in ſylva, quam in circumiectis campis, Maiorana, Thymus, Bugloſſa, aliaq; herbę hortenſes, & quę chyrurgis vſui veniunt. Altera ſylvę pars, Rheno, flumine Germanię notiſſimo, altera Rura terminatur, quę ad oppidulum Roerort, quaſi dicas finis Rurę, Rheno miſcetur; vbi videre eſt, duorum fluminum concurrentium evidentiſſimum diſcrimen, quorum hoc viride, illud ſubalbum apparet. Tantam hac duo flumina alijq; minores fluvij, rivuli & piſcinę, vim piſcium proferunt, vt civibus tenuioris fortunę, magnam victus partem ſuppeditent. Ager ferax eſt, & nitidus, paſcua lęta: palumbiū aliarumq; avium, ingēs aucupium, maximè perdicum, annates, innumerabiles; omnium deniq; rerum, quę ad vitam pertinent: larga hic copia. Olim mercatus erat frequētior tum enim Rhenus atq; Rura Duyſburgum propius prę̄terfluentes, commodiorem mercatoribus aditum prębebant. Etenim ſi quis lineam ducat ab Aſciburgio, cuius Cornelius Tacitus Tacitus, vt celeberrimi opidi meminit, nunc verò pagus in Comitatu Morſenſi, habebit veterem Rheni curſum; quod nō ex Taciti modo hiſtoria patet, (qui Rhenū ait Aſciburgio Duyſburgum verſus labi) ſed etiā hodie adhuc cōſpicitur, manifeſteq; adparet. Nam quod iſthinc Teutoburgū perrexerit atq; vrbem attigerit, evidentius eſt, quā vt die eo dubitari poſſit. Neq; veriſimile eſt, conditores huius opidi, tam imperitos fuiſſe, vt cum nihil obſtaret, quin iuxta confluentem ędificare poſſent, eam tantam commoditatem volentes neglexerint: Imo & annuli ferrei, muris paſſim infixi, quibus primeſio ſcaphas & naves affixerunt, id plane iudicant.

tranſmitte Ruram ad Roerort	$\frac{1}{4}$	VValſom	$\frac{3}{4}$	o. VVeſel	1
		Int Ham	1		3

VVESALIA *vulgo* Weſel/ *vrbs ducatus Clivenſis elegans munita & populoſa, aquis, propugnaculis & valido murorum ambitu adeo inſtructa,*

magnos

magnos & incolis ſpiritus gignat. Situ ad negotiationem excellit, vnde & magnis & operoſis ædificijs, opum affluentia, mercatura celebri, cæterisq; fortunæ bonis, noſtra memoriâ mirum in modum excrevit. Ad alterius ſuperioris differentiam, quæ in ſiniſtro Rheni latere, cum vicina Bopardia, Trevirenſi Archipræſuli paret, VVeſalia eſt dicta inferior. Ex præterfluente, Lippia fluvio, commoditates haud pœnitendas percipit, qui ſiniſtrum eius latus alluens ſtatim Rheno conſociatur.

Dirsſort	1	Speldorp		Elten	½
Meer		Binen		o. Zevenaer	1
Haffen		Praeſt	1	Dune	½
o. Reeſs	1	Huyten	½	VVeſterfort	½
		o. Embrick	½	o. Arnhem	½
	2		4		7

Iter Auguſta Siegenam 45½. Lennepiam 9. VVerdenam 5. Eſſendiam 1. ſimul 60½.

Francofurtum vſq; numerantur mil.	34½	o. Herborn	2	o. Lennep	1
Vide tabulam tertiã VVeſtphaliæ.		a. Dillenberg	1		9
		o. Siegen	3		
			45½	Lutrickhuſen	½
Bienuſſen	1			Elvervelt	1½
Beckerheim	½	Freudenberg	1	Neves	1½
NiderNerlebach		o. Neuſtat	2½	Hardenberg	½
Beddervvel	½	Marien Linde	2	o. VVerden	1
o. Fridberg	1	o. Steinbach	1		
Putzbach	1	VVijpperſuerde	½		5
Hohen Linde	1	Huickeſvvagen	1		

VVERDENA *in VVeſtphaliæ aditu, ad Ruram amnem, in ditione Marckenſi opidum occaſione cœnobij à S. Ludgero ibidem inſtituti, initium habet. à VVilhelmo de Hardeberg quadrageſimo ſecundo Cœnobiarcha anno 1317. excitatum eſt, & ab Engelberto Comite de Marca civilibus privilegijs, quibus etiam num gaudet donatum: Opidani rem pecuariam, vnde & plurimum victitant, exercent: agros habent lætos & compaſcuos, montes præaltos & ſylvoſos, in quibus incredibiles porcorum greges obambulare quandoq; videas (vnde indurata fumo perna, & petaſones VVeſtphalici, grata cauſidicis munera) & rivulos gratiſſimo murmure ex montibus ſuſurrantes.*

o. Eſſen 1

Aliud iter Sigena Eſſendiã.		Kerſp	1 $\frac{1}{2}$	o. Eſſen	2
VVengen	2	Auff die berken	1 $\frac{1}{2}$		———
Drolshagen	1	Svvelme	2		13
Meinertzhagen	1	o. Hattingen	2		

ESSENDIA *vulgo* Eſſen/*Imperiale, ſub Montenſis ducis tutela oppidum, Collegiato Virginum & Canonicorum ſodalitio præſtans, quod Alfridus IV. Hildesheimenſis Præſul, ex paternis facultatibus fundavit, vt ſub Abbatiſſæ educatione 52. virgines pietatis officijs imbuerentur, & 20. ſimiliter Canonici, ſub eius loci Decano, Canonicam viverent vitam. Aſyli privilegio Abbatia gaudet, maximè locus in ea* die Borcht *nuncupatus. Villæ aliquot vicinæ eius ſubſunt dominio. Eccleſia ibidem perelegans, in qua exhibetur viſenda, Bruinij illius Agrippinatis opus. Ager frumenti & tritici præſtantiſſimi ferax, vnde candidus Eſſendiæ panis, in prætio eſt. Oppidani negociationē remotam, alij textrinam, fabrilem complures exercent. Nō alium facilè reperias locū, vbi plura conficiantur omnis generis ſclopeta. Fontibus abundat Eſſendia, & atro carbonario lapide, quem territorium vicinum paſſim ſuppeditat, potiſſimum verò, qua Stelium eſt, ad Ruræ amnem oppidulum.*

Iter Auguſta Tremoniam 55 $\frac{5}{8}$. Zutphaniam 11. Daventriam 2. Campenam 5. ſimul 73 $\frac{1}{2}$.

Siegenam vſque	45 $\frac{1}{2}$	Brunichuſen	1	Berchaven	$\frac{3}{8}$
Ferentorff	1	Rode	1	o. Huerde	$\frac{1}{4}$
Vyſick	1	o. Iſerlon	1	o. Dortmundt	$\frac{5}{8}$
o. Attendar	1	o. Svveerten	1		———
o. Plettenberg	2	*Vide tabulã VVeſtphaliæ 2.*			55 $\frac{1}{2}$

HIC *Sacri Rom. Imperij Comitatus, atque in meditullio ipſius poſita vrbs Tremonienſis, earum ditionum albo recenſentur, quæ ſine intermedio, Rom. Imp. agnoſcunt dominum. Hæc quondam à Trotmannis Suevorum populis, Trotmannia, poſteris temporibus Tremonia, vulgari, aũt dialecto* Dortmundt *appellata eſt. Eo loci vbi poſtea vrbs Tremonienſis extructa eſt, duos olim pagos veterem & novum extitiſſe refertur, qui imperium antiquiſſimi caſtri Trotmannorum intermedij ſequerentur. Sub id verò tempus, quando Carolus Magnus haſce omnes Saxonicas provincias ſubiugaſſet, ius municipij ijs largitus paulatim in oppidum coaleſcere cœpēre. Is enim perſpecta ſoli vbertate, ſituſq; non vulgari præſtantia, colonias huc deduxit ſedemq; hic ſibi Aulaq; firmavit.*

Dattelen	2	o. Bredefort	2	Gorſel	1
o. Halteren	1	o. Zutphen	3	o. Deventer	1
Gemen	3		———		———
			11		2

Olſe

Olſe	1	Claervvater	$\frac{1}{2}$	o. Campen	$\frac{1}{2}$
VVyghe	1	Yeſt			
o. Hattum	1	Vlſen	1		5

Iter Auguſta Svvollam 72$\frac{1}{2}$. Snecam 8$\frac{1}{2}$. Levardiam 2$\frac{1}{2}$. ſimul 83$\frac{1}{2}$.

o. Daventriam vſq; numerantur mil.	68 $\frac{1}{2}$	o. Svvol	1 $\frac{1}{2}$	Kuynder	1 $\frac{1}{2}$
Olſe	1		72 $\frac{1}{2}$	o. Snec.	4
VVyghe	1	o. Geelmuyden	2		8 $\frac{1}{2}$
VVyndelshem	$\frac{1}{2}$	Vollenhove	1	o. Levvarden	2 $\frac{1}{2}$

Iter Auguſta Friedbergam 37$\frac{1}{2}$. Gieſſenam 3. Marpurgum 3. ſimul. 43$\frac{1}{2}$.

Francofurtum vſq; numerantur mil.	34 $\frac{1}{2}$	o. Fridberg	1	Loller	1
Bienuſſen	1		37 $\frac{1}{2}$	Fravvhauſen	1
Beckersheim	$\frac{1}{2}$	Putzbach	1	VVeimer	
Nider Nerlebach		Hohen Linden	1	VVeinkauſen	
Beddervvel	$\frac{1}{2}$	o. Gieſſen	1	Nidervveimer	$\frac{1}{2}$
			3	o. Marpurg	$\frac{1}{2}$
					3

Aliud iter Herbipolim 22. inde Marpurgum 19. Deinde Francobergum 3. Arnſpergum 10$\frac{1}{2}$. Hammonem 4. Monaſterium 4. ſimul 62$\frac{1}{2}$.

Dinckelſpuhelũ vſque in itinere Auguſta Frãcofurtum verſus numerantur mil.	11	Ieſta	3	o. VVurzburg	3
		o. Rotenburg	1		22
		Scheckenbach	1		
		o. Aye	3		

HERBIPOLIS *ſive Eribipolis, celebris Fano Dianæ, vulgo* Würtzburg/*Francorum orientalium caput atque Metropolis. Vrbs eſt in plano ſita, extra vndiq; circumiacentibus monticulis & collibus vitiferis, amœnis hortis, interpoſitis pratis, ornata. præterea foſsis, vallis, mœnibus, turribus, & propugnaculis bene munita ſatis etiam populoſa: pluribus templis, monaſterijs & eccleſiis: ac non ſolum clericorum, ſed & civium ampliſsimis ædibus ornata, alibi aperte labentibus, alibi ſubterraneis fluvijs, à fœtore & putredine, (aëris clementiam nuſquam non corrumpentibus) ſemper mundiſsima ſervatur. Habet enim plures puteos, vivis & dulcibus laticibus, perpetuo ſcaturientes, ad quoſvis vſus ſatis vtiles. Ad occaſum Mœnus proxime vrbem præterlabitur. Vtramq; ripam ingens pons iungit lapideus fortibus nitens Pylis. Vltra Mœnum, in proximo monte, caſtrum eſt ſitu, operibus, atque oportunitate loci munitum valde, atque ædificijs*

ædificijs per amplum, quod Epiſcopo ſedem præbet. In eo eſt Liberi patris ſpelæum amplum profundum & obſcurum, operarum multitudine & labore, in ipſo monte cavatum; hic viſuntur ſtupendæ capacitatis ac magnitudinis vinaria vaſa, è trabibus contignata, circuliſq; ferreis trecentarum amplius librarum compacta, quorum maximū 150. nonnulla 140. quædam 120. culeos Romanos capere, tituli ſingulis inſcripti notant. Ex more veteri gentis, vaſtis è dolijs deprompta, exiguis cyathis nobiliſſima quæq; & vetuſtiſſima vina, dantur advenis deguſtanda.

Tzol	1	Framersbach	2	Ortenberg	3
Lemach	1	Lettigbrun	1 $\frac{1}{2}$	ar. Gromberg	1
Rorbach	2 $\frac{1}{2}$	ó. Vrb	1 $\frac{1}{2}$	o. Marpurg	2
Erelbach	1	o. Salminſter	1 $\frac{1}{2}$		
o. Lor	$\frac{1}{2}$	Burchorſt	1		19 $\frac{1}{2}$
	6				

MARPVRGVM ſive Martiſpurgum, vulgo Marpurg/ à Marte qui hic coli ſolebat, vel à Marcomiro, Marcomiri XXVI. Francorum Regis filio nominatū & erectū fuiſſe putatur. Alijs Amiſia dicitur E.am alias villā fuiſſe hiſtoriæ pro- Lona fluvius eam præterfluit. Iam valde auctum eſt Marpurgum quotidieq; augetur. Caſtrum vna cum Sacello, in monte poſitum, ab Epiſcopo Ludovico Monaſterienſi anno M.CCCC. LXXXIV. extructum eſt. Nova aula vulgo New Saal/ extructa eſt à Landgravio VVilhelmo iuniore anno Chriſti M. CCCC. LXXXIX. Anno verò M. D. XCI. adeo ſplendidè hoc caſtrum eſt ornatum, vt cum quibuſvis amœniſſimis Italiæ Palatijs conferri poßit. Liberalium artium ſtudium vniverſale, in hac civitate inſtitutum anno Chriſti 1526. à Philippo Principe inſtauratum eſt anno 1535.

Vide tabulam Haſsiæ.		o. VVetter	$\frac{1}{2}$	Rengerdehauſen	1
VVerne	$\frac{1}{4}$	Monichauſen	1	o. Franckenberg	$\frac{1}{2}$
Coefelke	$\frac{1}{4}$	VViſenſelt			3 $\frac{1}{2}$

FRANCOBERGVM vulgo Franckenberg/ in Haſsia oppidum eſt perelegans ſitu amœno, & antiquitate commendatum. Referunt namq; annales, primam ipſum fundatione, Dieterum Francorum Regem, circa annum Chriſti 520. eo loco excitaſſe, vt ſe vallum & propugnaculum, contra feroces Saxones gentem Heſſis vicinā exhiberet. Caſtro prævalidæ munitum hoc oppidum Francobergum, Ederæ fluvio irrigatur, quem Adernam vocant hiſtoriæ, vulgo die Eder. Regum Franciæ ſedes, eo potiſſimum tempore, hic extitit, quo perpetuum ipſis cum Saxonibus bellum fuit. Quare conſuetudine maiorum bellicoſi, cum neceßitas poſtulat: venationi alioqui & agriculturæ dediti Francobergenſes cives ſunt, qualis etiam Heſſorum in vniverſum eſt indoles. Prope hoc oppidum, rota aquam per montem deducunt.

Sach-

Sachſenberg	$\frac{1}{2}$	o. Aſtinckhuſen	1	Rombcke	1
o. Halenberg	1	Heringhuſen	1	o. Arnſperg	1
o. VVinterberg	1	o. Meſchede	1		
Niderfelt	1	Frien Oel	2		10 $\frac{1}{2}$

ARNSPERGVM vulgo Arnſperg / *Comitatus eſt auctoritate, antiquitate, multisq́; commoditatibus cæteris VVeſtphaliæ Comitatibus præſtans. Sunt qui Angerſperg haud ſecus quam Arnſperg legunt atque pronunciant, quaſi ibi Angariæ Ducatus inceperit: quod tamen cum hiſtoriarum veritate minus convenire videtur, cum Ducatus iſte, ab hoc comitatu, ſeperatum dominium ſemper fuerit. Colonien. enim Chronicon Angariæ Ducatum, prope Hervordiam, ibiq́; primarium totius Saxoniæ Arcem & munitiſsimum propugnaculum cõſtituit. Comitatum de Arnſperg ampliſſimum fuiſſe vel ex eo conſtat, quod Fridericus Comes de Arnſperg, qui ſe VVeſtphaliæ Comitem ſcripſit, & vivente Ludero parte comitatus tenuit ibidem potuerit ſuo tempore, omnes fere reliquos VVeſtphalos ſubijcere, Colonienſem, Monaſterienſem, & Paderbornenſem Epiſcopos, atque alios. Arnſpergicus autem Comitatus, quando ad Epiſcopatum Colonienſem devenerit, non eſt vna hiſtoricorum ſententia. Eius præcipuum opidũ Arnſpergum ad Ruram ſitum, arcem æditiore in monte adiunctam habet, gratam & commodam Epiſcoporum reſidentiam, vt quæ iucunda ſimul & vtilia venationis exercitia, piſcium item copiam, ex præterlabente Rura præbeat.*

Huſte	$\frac{1}{2}$	o. Ham	1	Dreckſtenvord	1 $\frac{1}{2}$
o. Nyem	$\frac{1}{2}$			o. Munſter	1 $\frac{1}{2}$
o. VVerle	1		4		
Ryndern	1	Bockel	1		4

Aliud iter Auguſta Suſatum 53 $\frac{1}{2}$. inde Monaſterium 6. indeq́; Coevordiam 12. Groeningam 9 $\frac{1}{2}$. ſimul 81.

Francobergum vſq; numerantur mil.	44	Kaldehart	1	Aſperg	$\frac{1}{4}$
Sachſenburg	$\frac{1}{2}$	o. Belicke	1	Nutteler	$\frac{1}{4}$
Halenberg	1	Brulinchuſen	1	*vſque ad ſylvam*	$\frac{1}{4}$
VVinterberg	1	o. Zoeſt	1	*ea protenditur ad*	$\frac{3}{4}$
Vide VVeſtphaliæ tabulam tertiam.			53 $\frac{1}{2}$	Suttrop	$\frac{1}{2}$
		Aliud iter ab Aſtinchuſen Suſatum.		o. Bellick	$\frac{1}{8}$
Niderfelt	1			Brullinchuſen	1
Aſtinchuſen	1	Aſtinchuſen vſque numerantur à Francobergo	2 $\frac{1}{4}$	o. Zoeſt	1
Altenburen	1				10

SVSATVM *vulgo* Soeſt/*vrbs VVeſtphaliæ poſt Monaſteriũ opulentiſſima, ampliſſimaq́ꝫ, vt quæ populoſus ſit diſtincta Parœcijs: primæva fundatione caſtrum, & vnam earum munitionum fuiſſe perhibent, quas VVidekindus, contra Carolũ Magnum 30. annis bellum gerens, aliquoties deiectas & convulſas reparavit. Conſtanti autem hiſtoricorum conſenſu perhibetur, Suſatum Præfecturam quondam fuiſſe, quæ quotidiana acceſſione, in tantam paulatim vrbem excreverit, indeq́ꝫ Suſati appellationem natam, quod ob loci ſituſq́ꝫ oportunitatem, ædificiorum aliquid ad caſtrum ipſum ſemper acceſſerit, & à quotidiano incremento, Suſatum, quaſi* ein zuſatz/ *ſit cognominatum. Complures pagos vicinos ſibi ſubditos occupat, olim Præfecturas minores, quos populari nunc lingua,* die Bürden *indigetant; quod grauamina & onera, à quibus cives immunes ſunt ac liberi, ſuſtineant. Ager, etſi tota paſſim VVeſtphalia ſylvis & pecorum paſcuis, quam arvis ſit latior, circa Suſatum tamen atque Hammonem, frumentaria gleba fœlicior eſt, Salinarum etiam fœcunditate commendatur. Sub Illuſtriſſimi Clivorum Iuliacenſium & Montenſium Ducis clientela nunc degit.*

Dinkelen	1	Bockel	1	o. Munſter	1 ½
o. Ham	1	Dreckſtenvord	1 ½		6

MONASTERIVM *vulgo* Münſter/*quibuſdam putatur antiquitus dictum Mediolanum, alijs Memigrode: Monaſterij autem nomen inditum putant à monaſterio, quod ibidem, à principio Epiſcopatus, eſt exſtructum. Hodie eſt pulcherrima & munitiſſima, præ reliquis vrbibus VVeſtphaliæ, & ſe varijs mercaturis & officijs cives etiam in longinquis regionibus exercent campis quoque abundat. Coquunt in ea cerevisiam vulgo* Keut/*bonam & Hamburgenſi ſimilem. In ea floruerunt literæ & puritas Romanæ linguæ ante annos 60. Anabaptiſtæ ab ea expulſi ſunt, in natali S. Ioannis Baptiſtæ anno 1535. Ioannes Leidanus, ex ſartorum opificio, primus ipſorũ Dux, ad quæcunq́ꝫ ſcelera ipſis facem præferens (quem Regem Iſrael & Sion eſſe dicebant) forcipibus ignitis diſcerptus, cavea ferrea incluſus, è faſtigio turris S. Lamberti ſuſpenſus eſt.*

Vide tabulam ſecundam		Nieuhuſen	2 ½	Duvelskutte	½
VVeſtphaliæ.		Vlſen	1	Fries	1
o. Greve	1 ½	Langfelt	1 ½	Eelde	1
Nordvvolde	1	o. Coevorden	1	Horn	1
Burgdorff	½			Helpen	½
Burgſtenforde	1		12 ½	o. Groningen	½
Om	1 ½	Svveel	2		
o. Schutdorp	1	Rolde	3		9 ½

Iter

Iter Auguſta Corbachium 47. Oſenbrugam 16. Emdenam 15. ſimul 78.

Marpurgum vſque per Herbipolim numerantur mil.	41	Francobergum in itinere Marpurgo Suſatũ verſus	3 ½	o. Corbach	2 ½
					47

C*ORBACHIVM Comitatus VValdecenſis oppidum eſt primarium: ante liberum fuit, ſed ab Henrico Ferreo, Comite VValdeccenſi imperio, Comitum ſubiectum. Ad id, ante trecentos annos Aurifodinæ fuerunt. Quidam de auro ibi effoſſo, cum igne probatur, ac purum redditur, minus quam de Boemico, vllove alio conſumi affirmat. Neque vero hodie, venæ illæ, prorſus exhauſtæ ſunt, nam haud procul Corbachio, ex arena ſepiuſcule lota, aurum abſtergitur.*

Vide tabulam VVeſtphaliæ ſecundam.		o. Delbrug	2	o. Oſenbrug	2
		Gutzlovv	2		16
o. Stat Berge	2	Heſſendyck	2		
o. Saltkoten	4	Hiltert	2		

O*SSENBVRGVM ſive Oſnabrugum inſignis Saxoniæ civitas à Comitibus de Engern erigebatur. Aliqui à Iulio Cæſare, hanc vrbem inceptam perhibent, vt Annales Saxonum. Carolus Magnus illic Eccleſiam in honorem SS. Petri, Criſpini ac Criſpiniani condidit. Ferunt hanc à pelle bovina dictam, qua hæc vrbs fuerit circumdata. Hæc Franciſcus Irenicus. Duobus porrò Canonicorum collegijs celebris eſt. Multum ſibi lucri ex griſeo & lineo pnão cõparat. A paucis annis munitior facta eſt. Situ amœnã obtinet vallem, amniq́; Haſa irrigatur. Pinguẽm in ea coquũt cerevſiam Buſe vocatur. Carolus Magnus, Saxonibus triginta trium annorum ſpatio edomitis, VVitekindi etiam arce, huic vrbi vicina expugnata, eaq́; impoſito præſidio firmata, decem in Saxonia Epiſcopatus inſtituit, quorum præcipuum Oſnabrugenſem eſſe voluit. Summè etenim hanc vrbem præ ceteris coluit eiq́; privilegium novæ ſcholæ conceſſit, in qua Græcæ & Latinæ literæ à viris doctis traderentur.*

o. Braemſche	2	Baſſelt	2	o. Emden	2
o. Quakenbrug	3	Stichuſen	1		15
Fries Ochten	4	Lier	1		

E*MDENA vulgo* Embden/ *Friſiæ orientalis vrbs, Metropolitico honore conſpicua, mercatoribus habitatur ditiſſimis. ædibus & publicis, & privatis, ſuperbiſſimè colitur. Portu ampliſſimo, plurimarum navium capace, adeo ſe commendabilem reddit, vt exiſtimetur in tota Batavia, Friſia, aut Belgio demum reliquo, ſimilem portus commoditatem vix inveniri, in quo ad vallum & mœnia vſque vrbis, tutiſſima navibus ſtatio præbetur: Quo fit, vt emporium nunc ſit populoſum, & ampliſſimos mercatores, ex remotiſſimis mundi partibus, huc ad ſe provocet, atque alliciat. Mira hic omnium rerum*

& exu-

& exuberans copia videtur, non earum modo, quibus ſatis neceſſitati fieri, ſed & quibus voluptatis ſtudium concitari queat. Præſtat hoc civibus, tam portus & importationum commoditas, quam nativa Friſiæ libertas.

Iter Auguſta Fuldam 35. Herſelfeldiam 6. Fritzlariam 4. VVartburgum 5½. Paderbornam 3½. Hervverden 5½. Oldenburgum 15½. ſimul 75.

VVurtzburgum in itinere verſus Groningam	22	Arnſtein	3	o. Eichencel	3
		Hammelburg	3	o. Fulda	1
		Ehrtal	½		
Vide tabulam Franconiæ.		o. Bruckenavv	2½		35

FVLDA *extructa à ſancto Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, ſub Conſtantino V. inſigni ornata eſt monaſterio, quod fundatum eſt ſub Sturmi primo Abbate, qui anno DCCL. à Bonifacio, ei præfectus eſt. Alij referunt monaſteriũ quidem à S. Bonifacio ſub Carolo Magno extructum, poſtea vero in civitatem excreviſſe. Alij denuum à Marquardo I. (qui fuit inter Abbates 29) pagum Fuldam dictum, muris cinctum, & in civitatem commutatum refert. Nomen autem ſumpſiſſe videtur ab amne interfluo.*

Vide tabulam Haſsiæ.		o. Sclicz	1	o. Herſchfelt	3
Kemerzel	1	Quec	1		6

HIRSFELDIA *vulgo* Herßfelt/ *antiquitus Herolſsfelt, ab Herolſo extructa, civitas valde antiqua eſt. Templum collegiatum anno DCC. XXVII. ab Archipræſule Lullo, miro artificio factũ eſt. Territorium autem emit Bonifacius proprio ære. Donatum eſt à Pipino & Carolo Magno, varijs privilegijs, imo Caroli Magni literæ, quibus continetur privilegium ibidem adhuc aſſervantur. Templum hoc anno Chriſti M. XXXVII. incendio abſumptum fuit, poſtea à Meginhero & Ruthardo abbatibus inſtauratum. Gymnaſium illuſtre anno M.D.LXIX. ab Abbate Michaele ibi fundatum, ad quod contulit 40. millia Thalerorum, quod à ſucceſſore eius Ludouico Abbate, cõſervatur & augetur. Templum mira arte extructum eſt: nam tota moles nititur 16. columnis, ex ſingulis integris ſive ſolidis lapidibus conſtructis. Sunt autem ſingulæ columnæ, altitudine 30. pedum.*

Erzbach	1	Singels	1
o. Homberg	1½	o. Fritzlar	½
			4

FRISLARIA *vulgo* Frißlar/ *inſigne ac præſtans Haſsiæ opidũ, Egræ fluvij propinquitate, & ſitu admodum amœno ſicuti univerſa paſſim Haſsia, præcellit: muris cin-*

vis cinctum eſt turrigeris, ſitum inæqualem ſicuti & regio ipſa, hinc inde montoſa, obtinet: Agro tamen lauto, frumenti fructuum & leguminum feraciſſimo, etiam vini, cuius tamen fertilitate, non eſt hac regio, admodum præſtans. Quamvis in ipſa Haſſia Frißlaria ſeſe conſpiciendam præbeat, ad Moguntinum tamen Archiepiſcopum pertinet, vnde varijs fortunæ & Bellonæ caſibus, frequenter expoſita, maximas ab Haßiæ ducibus calamitates frequenter pertulit, quemadmodū & à Saxonibus expugnata, & fœda exuſtione deformata fuit.

Alteſtede	1	Eringen	1	VVurmel	1
o. VVulffhage	1	o. Volckmerich	1	o. VVartburg	½
					5 ½

VVARTBVRGVM *vulgo* Wartburg/ *non inelegans VVeſtphaliæ oppidum ſitu inæquali, dimule aquis inſtructum eſt, Comitatus olim titulo illuſtre. commendatur à præſtanti cereviſia, gratiſſimo ijs potu, qui cum parvo crumenæ diſpendio, genio indulgere cupiunt.*

Hardehuſen	1	o. Bilevelt	1 ½	o. Vecht	1 ½
o. Kleinenberg	½	o. Hervverden	2	Lademolen	3
o. Steinem	1		5 ½	VVeſterborch	1 ½
o. Paderborn	1	ar. Lymburg	2	VVildeborch	1
	3 ½	Robberck	1	o. Oldenborch	1
Apelem	1	Kuorlcamer	1 ½		15 ½
Holte	1	o. Steenforde	3		

Iter Auguſta Caſſulam, quovſque numerantur mill. 50 ½. Lemgoviam 11. Mindam 4. Bremam 10. ſimul 75 ½.

Herßfeldiam vſq; ſunt mill.	41	Zur Heiden	2	o. Caſſel	1
Breitenbach	1 ½	Thur	1 ½		50 ½
o. Rottenberck	1 ½	Schvvarzburg	1		
		Korle	1		

CASSVLA *vulgo* Caſſel/ *præcipuarum Haßiæ civitatum altera eſt: dicta quaſi Caſtellum; olim enim tantum illic arcem extitiſſe perhibent. Nuncupatur autem à Ptolemæo Sterontium: Fulda, Ana & Traſula fluminibus irrigatur. Aquis igitur inſtructa civitas, agrum fœcundum & compaſcuum habet, & arva pecoribus nutriendis idonea. In vellerum lanæq; venditione civium negociatio potiſſimum conſiſtit: Lana enim Londinum tranſmittitur, quo Anglis (qui licet ovibus abundent, tantam tamen lanæ copiam, quantam ipſi conſumunt, textrinis ſuis ſuppeditare nequeunt) à Ger-*

E manis

manus medium offeratur, atque materia maximi lucri, & ex mercibus in Germania natis, pecuniam colligendi, dum confectum ex Germanica lana pannum, Frãcofurti ad Mœnum, Germani comparant.

Lievenavv	3	o. Lemgovv	5	Hoeſtenberg	1
Brakel	3		11	o. Minden	½
Steinem	1	Vlothove	2		4
		Holthuſen	½		

MINDA *vulgo* Minden/ *vetus Saxoniæ oppidum, propitio ad negociationem ſitu eſt. Commendatur ob famoſiſſimorum fluminum concurſum.* Ex Min & Dyn, *cõflatum nomen civitatis Mindenſis eſt: Cum enim VVitekindus, primarius Saxoniæ Dux, ad fidem Chriſti perveniſſet, Carolo Magno permiſit vt in arce ſua, ad VVeſeram fluvium, Epiſcopo locum daret, amborum enim capacem eſſe, dixitq́; Epiſcopo* Min vnd Dyn/ Mea & Tua *erit hæc Arx, inde* Min, dyn, *dici cepit, nunc autem* Minden *dicitur.*

Vide tabulam VVeſtphaliæ ſecundam.		o. Barrenburg	2	Brincken	2
Obervvolde	1	Zoelingen	½	o. Bremen	1
Oechten	2	Zuytvvolde	½		10
		Baerſen	1		

BREMA *à Ptolemæo Fabiranum dicta vrbs VVeſtphaliæ Epiſcopalis eſt, ac elegans. Sedes Epiſcopalis huc tranſlata Hamburgo, vbi olim Archiepiſcopatus fuit omnium Aquilonarium provinciarum, Phriſiæ Orientali vicina eſt. Brema ad VVeſerum, ſive Viſurgum fluvium poſita, ex quo admirandæ altitudinis rota, aquam ad incolarum neceſſitates in hanc vrbem per canales ſubterraneos artificioſè transfundit: Ligneum habet pontem, ſub quo molæ frumento frangendo, & tormentario pulveri tundendo deſtinatæ complures, ordine hærent. Ex mercatura primarij in hac vrbe vivunt, vino carent, cereviſiam proinde coquunt optimam, quæ in vicina regiones defertur.*

Iter Auguſta Eymbecam 58½. Hannoveram 7. Hamburgum 22. Itzohoum 7. Meldorpium 8. Heidam 2. Londinum 5. ſimul 109½.

Caſſulam vſque numerantur mill.	50½	Adehuſen	1	o. Alfelde	1
Vide tabulã Ducatus Brunſchvvicenſis.		Moringen	1	o. Groenavv	2
Sikarthuſen	1	Andaſſel	2	o. Elſe	1
o. Munden	1	o. Eymbeke	2	Pateſen	1
Hilverhuſen			58½	o. Hannover	1
		Immerhauſen	1		7

HAN-

HANNOVERA *ad ripam Leinæ, è regione vetuſtæ Arcis, Comitum à Lavvenrode ſita, iam Henrici Leonis ætate, circa ann. 1156. Arci ſubiecta fuit. Ei (quod transfluvium ſita eſſet, aulici* Hannouer *nomen dederunt. Cum Albertus Saxoniæ Dux, Ottonis, & Agnetæ poſtremi Ducis Luneburgen. VVilelmi natæ, filius, à civitate & proceribus ditionis Luneburg. De conſenſu Caroli IV. ad excutiendum Magnũ Torquatum vocatus, auxilio civium Hannoverenſium Arcem expugnaſſet, facultatem diruendæ Arcis & oppidũ muris cingendi & legibus ſuis, ſub patrocinio & tutela ipſius liberè vivendi, civibus præbuit. Ab eo tempore, intra ducentos annos, incrementa paulatim ſumens, in hanc amplitudinem & ſplendorem, quem hodiè cernimus ſub Illuſtriſſ. Ducum Braunſ. ac Luneburg. patrocinio excrevit.*

Bortſelt	2	VViſſelhourde	2	Egelzen	1
Langenhagen	1	OberRodéburg	1	o. Harburg	2
Momhol	1	o. Soltavv	1	o. Hamburg	1
Schvvarne	2	Reynungen	2		22
Ruſſelen	1	VValterang	1		
o. Botmar	1	Lumhule	2		

Iter Auguſta Eſchvvegam 48. Eymbekam 8½. Hildeſſhemium 6. Cellam 7. Hamburgum 14½. ſimul 84.

Oberhauſen	1	Lantſperg	1	Hilders	1
Langvvalda	1	Breit	1½	o. Tham	1
VVeſtendorff	1	o. Kitzung	1	Bremich	1
Merding	2	o. Volckbach	2	o. Vacha	2
o. Dunavvert	1	o. Schvveinſurt	4	o. Bercka	1¾
o. Harburg	1	Raudingen	1	VVommen	1
Alethaim	1	Thumdorff	1	Rietenhauſen	1½
o. Oetting	2	Kiſſick	1	o. Eſchvvege	1½
Schillingfurſt	3	Fravvenrodt	2		48
Pirenſperg	3	Olcheim	2		
VVinſhaim	4	o. Fladingen	1		

ESCHVVEGA *vulgo* Eſchwege / *Haſſiæ oppidum, colli impoſitum, læta agri fœcunditate gaudet. VVerræ fluvij aquis irrigatur, cuius oportuno vſu, Iſatis herba, & ex eadem confecta tinctura (quam Thuringicum ſolum, frequenti fœnore ſuppeditat) primo, ſupra hoc opidum lapide cymbis impoſita Mindam vſq;, inde Viſurgi aquis, quæ VVerram abſorbent, Bremam, & per totam Oſtlandiam defertur. De primo Eſchvvegiæ initio nihil hiſtoriarum monumentis comprehenſum invenitur, eo quod Hungaricis bellis atque incendijs, tertium, depaſtum deformatumq́; fuerit. Præclara*

 extant

extant Henrici Imp. II. quem Sanctum & Hungarorum Apoſtolum cognominant, erga hoc opidum merita, qui idipſum Hungaricis incurſionibus devaſtatum atq; collapſum reſtituit, novis ædificijs auxit, & locupletavit. Anno poſt orbem redemptum 1387. eo bello, quod inter Adolphum Moguntinum Archipræſulem, & Haſsiæ Landgravium acre deſævijt, ad Haſs.æ gubernationem pervenit.

Allenſtain	2	Budeborg	2	Lante'hode	2
Ge'ichen	1	Stuervvo'de	1	VVinſe	1
o. Gottingen	1	o. Hildesheim	1	Hoff der Heyde	1 ½
o. Northen	1 ½		——	Oldendorp	1 ½
Northeim	1		6	Riſtorp	1
ar. Katelcburg	½	Klaun	1 ½	Mulenbeke	½
o. Stockum	½	Alkeren	1	Pateſen	2
o. Eymbeke	1	Burgdorff	1 ½	Egelzen	2
	——	Borſtel	2	o. Harburg	2
	8 ½	o. Cell	1	o. Hamburg	1
Haller	1		——		——
o. Gandershaim	1		7		14 ½

HAMBVRGA, *quaſi Hammonis Burgum, vel Hammonopolis, Thietmarſiæ, Holſatiæ & Stormariæ quondam Metropolis in VVagria, regione VVandaliæ ſita, nunc inferioris Saxoniæ vrbs præclariſsima. Becanus ſuſpicatur hic olim celeberrimum ſalſamentorum & carnis porcinæ fumo duratæ, emporium fuiſſe, atque huc omnes Saxones maritimos & inſulares, & vicinos etiam populos littorales, navibus ſuis, quibus mare infeſtum plerumq; habebant, commeatū & cibaria, ad diuturnas navigationes neceſſaria petiviſſe: quæ quod carne porcina infumata, quam huc vndiq; venalem finitimi portabant, maximè conſtaret, locum* Hamburg *nominarunt, id eſt, oppidum Pernarum ſeu Petaſonum (quæ vulgo* Ham *dicuntur) & cæterarum porci partium, ſale fumoq; ad longos vſus conſervatarum. Aquis eſt inſtructiſsima, & ad mercaturam ſitu admodum opportuno. Mœnibus, foſſis, vallis, divitijs, & incolis, nihil Hamburga cultius, nihil munitius. Aedes habet eximiæ venuſtatis, quæ ductis per vrbem Euripis alluuntur, ex quibus ob vini innopiam, potū, cerviſiam coquunt, quæ nō ab Hamburgenſibus tantum, ſed & in alijs Saxoniæ partibus, avidiſsimè bibitur, adeo vt dictu mirum ſit, quanta cerviſia hæc gens ſeſe ingurgitet.*

Vide tabulam Holſatiæ.		Einshorn	1	o. Itzoho	1
o. Relling	1	Horſt	1		——
o. Pinneberg	1	Stenborch	½		7
o. Vterſen	1	Broechorſt	½		

ITZOHOA vulgò Jtzeho / nobile & auguſtum Holſatiæ oppidum, ſitu, loci natura, navigatione ac proinde negociatione, quæ per Storam & Albim flumina exercetur, præſtans. Stora, piſcoſo ac navigabili fluvio vndique cingitur.

Brunsbuttel	4	Bardt.	1	o. Meldorp	1		
Merve	1	VVindburg	1				8

MELDORPIVM vulgò Meldorp/Dithmarſiæ opidum, nomen traxit à flumine Melda præterlabente, quod olim magno civium cōmodo navigabile fuit, iam parvis tantum cimbis, huc vſque navigatio inſtitui poteſt. Eſt ibi eccleſia magnifica, quæ hoc ſibi laudis ſumit, quod prima totius regionis fuerit, in qua paganiſmo ſuppreſſo, Chriſtiana religio annunciata fuit. celebratur ibi ſingulis annis, omnium religioſorum conventus. Monaſterium hic quondam celebre Minoritarū fuit, quos, ob maiorem vitæ & regulæ licentiam & libertatem, de laxa manica, aliqui etiam Gaudentes vocant. Hoc autem monaſterium, ante Dithmarſos ſubactos, ab incolis funditus eſt everſum. Ibidem etiam extat ſchola, Ludimagiſtris & Pedagogis eruditis ſatis proviſa. Iam floret propter iudicium, quod ibi exercetur ſingulis ſeptimanis, regis Daniæ nomine.

o. Heiden 2

HEIDA vulgò Heiden/Dithmarſiæ opidum quadratum, prout & forum eius, quod eſt per amplum, longum, latumq; DCCC. paſſus, & in ſingulis IIII. angulis, vias habet amplas & regias, in omnes partes Dithmarſiæ ſe extendentes. Dictum eſt hoc opidum ab Erica, in qua eſt conſtructum: Nam Ericetum germanis ſignificat Heide: propterea celebre fuit, quod ſingulis ſeptimanis, olim Magiſtratus illorum nempè 48. Iudices ibi convenire ac ius dicere ſolebant, quodq; ſingulis diebus Saturni, totius terræ ibi nundinæ olim fuerunt habitæ, vt adhuc eo die celebrantur, ſitum eſt hoc oppidum in medio fere totius regionis, ita vt ſpatio vnius diei, vndiq; incolæ eo confluere poſſint. Nam cum opus fuit, tota multitudo in huius opidi foro convenit.

VVeſſelnburen	1	Hein	1
Helenbuttel	2	o. Loaden	1
			5

Iter Auguſta Chilonium mil. 99½.

Vide tabulam Holſatiæ.	Nevv munſter in præcedenti itinere 8	o. Kyel	4
Hamburgum vſq; 87 ½			99 ½

CHILONIVM vulgò Kyel/nobile Holſatiæ opidum, ſitus & naturæ benignitate fruitur; portū habet capacem & opportunū, in quem ex Germania, Livonia,

Dania, & Suecia magno oppidanorum quæſtu merces deferuntur, quibus eadem maris vicinitas, piſcatum etiam vberem, maximè Salmonum, præbet, ex quo incolarum non pauci commodè victitant. Vetus eſt opidum, aquis probe inſtructum, & ferè vndiq; cinctum: Appellationem à Cuneo, vt Germanicè ſonat obtinens. Arce decoratur conſpicua, abs Adolpho Duce, novis ædificijs venuſte exornata, ſed præcipuè Chilonium celebritate pollet, peraugustis nobilium Comitijs, quæ quotannis ibi celebri habentur frequentia, circa D. Anthonij feſtum, in quibus publica privataq; negocia, & præſertim res pecuniarias, quas opulentas habent, expediunt nobiles.

Iter Auguſta Dunavverdam 6. Norimbergam 12. Bambergam 9. Coburgum 6. Gotham 10. Goſlariam 15½. Brunſchvvicum 7½. ſimul 66.

Vide tabulam Ducatus Bavariæ.		o. Monhaim	½	Ritterſpach	1
Dunavverdam in itinere verſus Eſchvveg vſque numeran. mil.	6	o. Pappenhaim	1	Scvvabach	1½
Kaishaim	1	o. VVeiſſenburg	1½	Eibach	1
Buchdorff	½	Oelling	[illegible]	o. Nurnberg	[illegible]
		Pleinfelt	½		12
		Vide tabulam Franconiæ.			
		Gmundt	2		

NORIMBERGA *vulgò* Nürnberg/ *vrbs tota Germaniæ, & Europæ celeberrima, Emporiumq; ampliſſimum, obſcuris initijs, equitate legum, & recta reipub. conſtitutione in tantam, ſucceſſu temporum ampletudinem excrevit. Cum enim Hunni latiſſima populatione vaſtarent Europam, & ab ijſdem barbaris premerentur Norici, incolarum præcipua quædam familia, in herciniam ſylvam velut in latebras profugiſſe, & vbi Pegneſus & Regneſus amnes confluunt, oportuno loco ſedem fixiſſe: atq; in colle vicino, natura loci firmo, & ab incurſionibus tuto, rudi opere, caſtellum muniviſſe, tradunt Noricorum annales. auctam deinde multitudinem eſſe, ex vicinis agriculis, ac hercinia ſylvæ paſtoribus: atque ex diverſorum morum ac artium, colluvie, non diu poſt in opidi magnitudinem excreviſſe locum. Sed cum fera gens ſine duce, ſine legibus vivens, rapinis ac latrocinijs dedita, diu infeſtas redderet vicinas provincias, viſum fuit Imperatoribus Germanis veteranorum coloniam eo deducere, & caſtrum præſidio munire, latrocinia compeſcere, & inquilinis leges vivendi præſcribere. Henricum Bavarum civitatis formam conſtituiſſe primum, templo S. Egidij ornaſſe, iura dediſſe, atque caſtrum ampliore muro cinxiſſe, quidam tradidere: Conradū II. Imperio coniunxiſſe, liberamq; declaraſſe. Populare reipub. gubernationem ab initio fuiſſe perhibent. Vna tantum civili diſcordia, atq; ſeditione Caroli IV. tempore, in ariſtocratiam eſſe mutatam, eiuſdemq; tunc auſpicijs rerum gubernacula in poteſtatem patriciorū perveniſſe, & eoſdem hactenus tā æquo iure temperaſſe Rempublicā, vt vix vlla memorabilis ſeceſſio aut perniciosa diſcordia, in tanta plebeiorū hominū multitudine, ac gen-*

ac gentiũ diverſitate ſuborta ſit. In vrbe tres ordines sũt, patrũ, mercatorũ & operariorũ ſive plebis. Familiæ veteres & honoratiores 28. ex quibus ſemper Senatus corpus ſive patrũ collegium ſuppletur: Idemq́; conſtat ſex & viginti viris. Ex his 13. magiſtri civiũ appellantur, & de republica ſimul conſultant: alij 13. populari lingua Scabini dicuntur, & faſtis ferè diebus iuriſdictionem inter cives exercent, aſsidentibus ſemper ſtipendiarijs iuriſconſultis tribus. Leges avitæ ſic volunt, ne quis profeſsione iuriſperitus aut titulo Doctor, ad Senatum, aut reipublicæ gubernacula admittatur. Ex biſariam ſic diviſo collegio, cõſules vtrinq́; ſingulis menſibus renovantur, vt vnus ſemper ex vnaquaq́; parte ſemel in anno, per menſem integrum lunarem, cũ inſignibus ſummi magiſtratus prodeat: atq́; illa, per lunationes tredecim, cũ annua ſolis converſione, in orbem redeant. Viri quinq́; ex eodem ordine crimina inquirunt, dijudicant, & noxios puniunt. Prætor ſubvrbanus, ruſticis ac paganis reipub. ſubiectis, ius dicit. Quæſtores etiam ærarij ex eodem ordine duo annuatim creantur, ſenio, fide atq́; probitate conſpicui, qui vectigaliũ ac redituum totius civitatis curam gerunt, pecunias publicas recipiunt, ac diſpenſant. Dicti omnes magiſtratus cæteriq́; alicuius poteſtatis, ex ſenatu & patriciorum ordine conſtituuntur. Ducenti duntaxat ex tribus ordinibus, ac tota civitate quotannis nominati, ſemel in anno, & vbi res arduæ poſtulant, à magiſtratibus convocati coëunt, & in cõmune conſultant. Mercatorum ordo, licet ampliſsimus, à publicis oneribus liber eſt, ac immunitatibus multis gaudet: ideoq́; opes, negotationibus varijs, ex Europa non ſolũ, ſed etiam extremis orbis terrarum regionibus ac inſulis, eo, velut in horreũ congeruntur. Operarum atque opificũ, qui poſtremus & plebeius eſt ordo, nulla admittuntur in vrbe conventicula vel conciliabula, publica aut privata, non epulæ ſolennes aut convivia feſtiva multorũ, niſi religionis aut exequiarũ cauſa: Paci etenim publicè id pernicioſum arbitrantur, eo quod ſæpius compertũ eſt, factiones ſeditioneſq́; pericuLoſas pullulare ex ſimilibus plebeiorũ congreſsibus, dum ebrij inter ſe de repub. diſputant: eaſdemq́; multis vrbibus libertatem ademiſſe, calamitates ingentes attuliſſe. Quod ſi quæ inter plebeios ſimultas aut diſſentio fuerit orta, nõ ad artiũ decanos, aut operariorũ primarios ea defertur, ſed ad ipſum ſenatũ, qui confeſtim duos arbitros legit, qui rem cognoſcunt, & privato colloquio pacem & concordiã tentant: Quæ ſi conciliari nequit, controverſia ad ſenatũ evocatur, ibidemq́; partibus, cauſa dijudicata, non ſine gravi mulcta, ſilentiũ imponitur. Magna ſeveritate, pugnæ, rixæ, iniuriæ, & vis privatis illata, publicè quietis cõſervandæ cauſa cõpeſcuntur: ita vt in quinqueVirali illo iudicio Minoa & Radamantũ ſuas vrnas aſsiduè movere quis diceret: Idipſum in officio plebem quã maximè cõtinet. A maioribus traditũ eſt, Fridericũ III. Imp. ex Italia Norimbergã redeuntem, ingentis obviam vbiq́; effuſæ plebis admiratione motũ, interrogaſſe quendam è Senatu ſibi proximè adequitantem: quanam arte, vel induſtria tantã multitudinem à ſeditionibus aut tumultu continere poſſent: Reſpondiſſe facetè ſenatorem; verbis & verberibus a` ꝫ ita breviter inſinuaſſe, bonos & ingenuos cives facilè verbis ac rationibus duci poſſe: pravos & ſerviles, mulctis atque pœnis gravibus compeſci deberi. Aedes ſacræ, religione or-

namen-

namentis aut vetuſtate auguſtiores ſunt D. Petri, ſepultura S. Sebaldi celebres, qui primus eius regionis incolas ad fidem Chriſtianam vitæ ſanctitate pellexit, poſt Caroli Magni tempora: S. Laurentij Baſilica ampliſſima eſt. Granaria publica, tectis ſublimia, & ſpacio muriſq; perampla granis varij generis, plena & onuſta ſunt: in quibus etiam frumenta quædam 150. annorum aſſervari ferunt. Oſtenditur ibi acervus, nuda adipe granorum fatiſcente ſine folliculis, ex quo quondam Maximiliano I. Cæſari petenti, panis eſt piſtus. Armamentaria ingenti apparata machinarum & tormentorũ, inſtructa ſunt: tubi æneiſtupendæ magnitudinis, ferratis rotis impoſiti, ad turres & mœnia diruenda hic viſuntur: Porticus infinita multitudine haſtilium & telorũ inſtructa ſunt. Vrbis ambitus octo milium ſpatio patet, quadrato ex lapide ſecto, ſtructæ ambitioſè ſunt portæ: mœnia duplicia, lataq;, propugnacula ſpatioſa: foſſa profundæ, multæ turres vrbis ſunt: E quibus ſpectatoribus maximè placent, æquis mille quingentorum circiter paſſuum intervallo, diſpoſita in anteriori pomerio, exurgentes in altum, ſupra muros & tecta, forma rotunda, & magnæ ſpiſſitudinis intus machinis bellicis, æneiſq; tormentis armatæ: quæ tanquam ſpeculæ, foris valles, & colles, omnemq; vicinam regionem detegunt, ne quid hoſtium alicubi in latebris deliteſcat, quod non ferreis tormentorum globis procul arceri poſſit. In vrbe quidem fora, plateæque præcipuæ aperiuntur, ad inimicos concurſus, atque civiles tumultus repente exortos ex his diſturbandos. Ad caſtrum Cæſareum per ſcalas è petra exciſas, aſcenditur, viſunturq; ibidem Cæſarum aliquot, & Regum Romanorum domicilia, Palatinæ ædes, cœnationes laqueatæ, amplitudine patentes & ornatu locupletes; Frederici Cæſaris horti penſiles, pilis lapideis impoſiti; ſacellum Cæſariũ in arce, picturis artificioſis & divorum imaginibus auguſtum; puteus in vertice collis exciſus è ſaxis, tantæ profunditatis, vt aqua viſum fallat, cuius tamen aqua rotis machinarijs, miro ingenio factis, magna facilitate extrahitur. inſignis eſt domus frumentaria, & propugnaculum in arce veteri, & ſpecula regionum in ſummo colle, turris vaſtæ molis & altiſſimæ, Sigiſmundi Imp. conſenſu, eo loci, intra menſtruum tempus ſumma feſtinatione, & infinitarum manuum magna celeritate properantium, labore ſuſcitata, quæ in ingentem cœli terraq; tractum viſum extendit. Ad radices collis occurrunt magnificæ & regiæ domus, diverſoriaq; ſpacioſa, quæ Cæſaris familiam & amicos magnificentiſſimè recipere poſſunt. Domus Senatoria tantæ amplitudinis & magnificentiæ eſt, vt in ea, ſæpe totius Germaniæ Principum ac legatorum comitia, & conventus Imperatorijs auſpicijs convocati, habeantur; ſolennes alioquin civium nuptiæ, chorearũ ſpectacula publica, magna cum hominũ frequentia celebrentur. Ibidem oſtenduntur dives & mũda ſuppellex, aulæa, ſedilia, menſæ & ſculptura inſignes, tabulæ precioſæ, hiſtoriarum varia & rara pictura, Caroli Magni ac veterũ Principum imagines ad vivũ effigiata, aliaq; multa viſu digniſſima.

Vide tabulam Franconiæ.	Tenenloe 1	Paierſdorff 1
Puch 1	Erlang 1	o.Forchaim 1

Neuſes	1	o. Bamberg	2
Hirshaid	1		9

BAMBERGA vulgò Bamberg/ſita ad fluviū regnitz. primum vocata fuit Babenberg, hoc eſt mons Baba, à Baba, Ottonis ducis Saxoniæ filia, atque vxore Comitis Bambergen. Alij civitatem hanc vocant Pavonis montem Pfawenberg. Anno M.VII. per mortem Rhembardi vltimi Comitis, acceſsit imperio: poſtea ad inſtantiam vxoris Henrici I. Imp. facta eſt Epiſcopalis.

Rittelsdorff	2	Aichfelt	2	Kraivvinckel	1
Kaltenbrun	2	o. Schleuſing	1 ½	Hochlinden	1
o. Coburg	2	Marsfelt	1	Vlleben	1
	6	Melles	1	o. Gota	½
		Sala	1		10

GOTHA perantiquum Thuringiæ opidum eſt, eius prima fundamenta, à Gothis poſita eſſe, nomen ipſum videtur innuere. Sub Saxoniæ & Vinariæ ducibus, caſtro munitiſsimo inclareſcere cœpit, quod nunc ob ortam in Germania ſeditionem Grumbachicam, omnino dirutum iacet.

Langenſaltz	2	o. Oſterode	2	ar. VVitteborg	1 ¼
o. Thomasbruck	1	o. Gyttelde	1	Flaſtochum	1 ½
o. Sclothaim	1	o. VVildeman	1	Geveringe	1 ½
o. Volkeroda	1	Hulff Gottes	1	Bleckenſtede	1
o. VVeiſroda	1 ½	o. Goſlar	1	Gittelde	1
Rhunſpring	1 ½		15 ½	o. Braunſchvveig	1
o. Grupenhagen	1 ½				7 ¼

Iter Auguſta Erfordiam 44. Quedelnburgam 13. Halberſtadium 2. ſimul 59. mil.

Bambergam vſque numerantur mill.	27	Neuſdorff	1	Plavv	¾
Ritteldorff	2	Zum Fravven	1	o. Arnſtet	1 ¼
Kaltebrun	2	*transſylvam vulgò* Thüringer wald.		VValterſleben	1
Coburg	2	*Vide tabulam Thuringiæ.*		o. Erffurt	1
Engelſtain	3	o. Ilmenavv	2		44

ERFVRDIA vulgò Erpſurt/ampliſsima Thuringiæ vrbs, eius regionis in medio poſita, vbi Gera fluvius eam illabitur. Opimo gaudet agro, & Sandycis herbæ, fullonum officio perneceſſariæ feraciſsimo. Pecorum etiam paſcuis abundat. Anno

P ſexage-

ſexageſimo ſexto ſupra milleſimum muro cincta: turribus & propugnaculis munita ab Henrico III. In ea civitate videre eſt inſignem maximamq́ campanam, cui ſimilis in tota Germania non eſt.

Ringleben	2	o. Berga	1 ½	ab. Germerode	2
Clingen	2	o. Stolberg	2	o. Quedelnburg	1
Hadelbich	1 ½	o. Guntersberg	1		13

QVEDELMBVRGA *vulgò* Quedelnburg/ *vrbs antiqua, primorum in Saxonia Principū decus, haud ita procul à Parthenopolitana vrbe, (qua nūc* Magdeburg) *diſtās, ab Imp. Henrico Aucupe, vna cōſtructa eſt vna cū domicellarū Collegio, cui primam Abbatiſſam filiam ſuam Mathtildim præfecit. Opidum ſanè concinnum, antiquitate, dignitate, & opibus præſtans, quandiu primæva fundatione, legitimum Magiſtratum Abbatiſſam agnovit, cui quando male parebat, ab Erneſto Saxoniæ Duce oppugnatur, & Rolandi ſtatua, quam pro libertatis indicio, ab antiquo habuerat, privatur.*

Langenſtain	1	o. Halberſtat	1
			2

Aliud iter Erfordia Halberſtadium per Mansfeldiam quo vſq́ numerantur Auguſta 53½. mill. inde Halberſtadium 7. Brunſchvvicum 7½. ſimul 68. mill. inde Luneburgum 13½. Lubecam 10. Heilighave 9. ſimul 100½. mill.

Erffurdiam vſque numerantur mill.	44	o. Sachſenburg	1	Sebickerode	½
Vide tabulam Thuringiæ.		Rincleben	1	o. Mansfelt	½
VVeiſſenſe	2 ½	o. Sangerhauſen	1 ½		53 ½
o. Kindelbruck	1 ½	Gonna	½		
		Anrode	½		

MANSFELDIA *vulgò* Manßfelt/ *regionis caput ad VVipperum amnem ſita: dicta exiſtimatur à Manno Tuiſconis filio, quaſi Manni campus.*

o. Arnſtein	1	o. Hoym	1	o. Halberſtat	2
o. Ermſleben	2	o. Frevvdeleben	1		7

HALBERSTADIVM *inſignis Saxoniæ vrbs, Oltemia fluvio perluitur: in huius vrbis medio, tumulus ac collis extollitur, is duorum ſtadiorum habet longitudinem, ac in ſummo verticè latam amplamq́ planiciem in qua bina ædificata templa ſunt, in ædificijs ſplendidiſſimis Canonicorū: monte ſita, civitas ſeu vrbs dicūtur, quæ ad montis pedem, ſuburbia vocantur. Situ admodum eſt vrbs oportuno, cū præter aqua-*

ter aquarum cōmoditatem, agrorum etiam non ſit ei denegata vbertas, quæ quidem, tanta deprædicatur ab omnibus, vt ſegetum culmos, equitem trāſcendere ferant.

Vide tabulam ducatus Brū-		o.Slanſtede	1	o.Botmar	½
ſchvvicenſis.		o.Scepſtede	1	o.Brunſchvveig	1 ½
o.Schvvanec	2	o.Brakel	1 ½		7 ½

BRVNSCHVVIGA *vel Brunſcvvigū, itē Brunopolis vulgò* Braunſchweig, *civitas, cœpta extrui à filijs Ludolphi Ducis Brunſchvvicenſis, poſtea à Brunone perfecta vnde nomen deductum, quaſi Brunonis vicus vel caſtrum. Civitas hodie eſt ducalis, populi, habitatorumq́; frequentia, ædificiorum ſplendore, ac magnificentia ornatiſſima, quadrata forma, turribus ac mœnibus inſigniter munita. Circuitum habet 2000. paſſuum, qui conficiunt medium milliare Germanicum. Eam Onacra fluvius mediam ſecat, ac omnibus ſordibus purgat, pontibus tamen vbiq́; fluvius tectus eſt. Territoriū planum eſt: Vrbs ipſa duplici, ac nōnullis partibus triplici etiam foſſa circumdata, ea aquis plena, vallis, aggeribuſq́; diſtinctæ ſunt. Vrbs eſt Noriberga maior, Erfordia minor. Nō habet aquam potabilem ſed communiter bibunt cereviſiam. Vini autem vſus charior eſt, & rarior. Quinque hic fora, quinque prætoria, & totidem Magiſtratus.*

Vide tabulā ducatus Brun-		Salſte	1	o.Lunenburg	2
ſchvvicenſis.		Hamſtede	½		13 ½
o.Gishorn	3	o.Vltzen	2		
Knefecum	2	o.Bergervvolde	2 ½		

LVNEBVRGVM *nomen à Luna & caſtro deſumpſit, præclara Saxoniæ vrbs eſt, quia Salinis vberrimis præſtat,* Salineburg *quibuſdam non inepte dicitur. Salinarum prima origo fuit non procul à monte Calcario, aqua olim inventa, puteo incluſa, deinde viris fortes, qui aquā diu noctuq́; exhaurirent, deputatæ, aq́; ex æquo divitibus & pauperibus diſtributa. Nec hic, in hunc vſque diem, vlla vetuſtatis eſt facta immutatio. Durat adhuc antiqua columna, quæ ſuſtinet trabem, cui magna adhæret vrna, aquam è profundo educens. Canales ſeu fiſtulæ per quas Salis aqua derivatur, pulchro ordine diſtribuuntur; ſunt autem numero 50. ad ſingulorum caſas: habetq́; vnaquæque caſa 4. Sartagines ex plumbo factas, quadrilateras, latas duabus vlnis, & trāsverſa manu profundas, quæ vſu detritæ, renovantur abſque vlla liquefactione. Duabus autem horis Sal coctum, & ex Sartagine ſublatum, in varias illius terræ, & longius diſſitarum regionum partes, deportatur. Albertus Crantzius ſcribit caſtrum Luneburg: cū anno M.LX. imperante Henrico IV. adhuc ſuperfuiſſe, civitatem vero prius inchoatam anno M.C.XCVIII. vel M.C.XCIX. (vti habet hiſtoria Saxonica) ab Henrico Leone. In hac civitate tria ſunt templa Parochialia, inter quæ primarium eſt S. Ioannis, & tria*

mona-

monaſteria, inter quæ antiquiſſimũ eſt D. Michaelis, in hoc eſt Tabula aurea, Salvatoris noſtri cum duodecim Apoſtolis, ornata pluribus gemmis pretioſis. Civitas hæc Ducatus eſt, ad fluvium Elmenovv ſita, arte quoque eſt natura, ſatis munita.

Nidervvitteberg	3	Lynovv	3	Stuppendorff	$1\frac{1}{2}$.	o. Lubeck	$2\frac{1}{2}$
							10

LVBECA vulgò Lubeck/ *emporium celebre & Vandalicarum civitatum præcipua ante iniquis irati Martis atq; Vulcani caſibus, eſt labefactata, quã hunc inter Travenam & Vaceniſſam flumina ſitu conſequeretur, tandem ope atque auxilio Adolphi à Schavvenburgo, Holſati Comitis hoſtium ſuppreſſa tyrannidè pacificè exædificari cœpta eſt, anno à Chriſto nato 1140. Ac deinde quidem vindice Frederico Imperatore Auguſto libera Imperij vrbs efficitur. Situ & opere firmiſſima eſt Lubeca, propugnaculis validis munita, quæ palis ac tignis, ſiſtucationibus in aquam immiſſis, per ingentem ſuſtineat molem. Binæ ſunt civitatis plateæ, longis extenſæ ſpacijs, quas reliquæ cruciatim interſecant & clivoſo deſcenſu ad Travenum & Vaceniſſam exiliter deprimũtur, vnde grata vicorũ mũdicies: nam ſordes in fluminia trãſmittuntur. Mirifico nitore cõſpicua ſunt templa, præcelſis ornata turribus, quæ cupro & plumbo tecta, apicibus aureis nitent. Summa artificum induſtria, ex flumine aqua, vi molæ in altam transfunditur turrim, quæ per occultos terræ meatus latenteſq; Syphones, ad civium ædes, eo modo delabitur, vt huius rei ignarus, naturalibus fontibus, Lubecam abundare exiſtimet. Incredibilem huius Reipub. potentiam, arguit quod vna cum Daniæ rege, non alieno, ſed ſui ærarij præſidio, contra potentem Svveciæ regem, privilegiorum cauſſa, in octennium terra mariq; ſociale bellum ſuſtinuerit, & pacificationis tandem media, intercedente Imperatore, aliјſq; Imperij principibus admiſerit.*

o. Nieſtat	4	o. Oldenborch	3	Hilghave	2
					9

Iter Auguſta VViſmariam $92\frac{1}{2}$.

Brunſchvvigam vſque numerantur mill.	68	Elmen	$2\frac{1}{2}$	Krivvitz	1
		Ordorp	$2\frac{1}{2}$	o. Godebuſch	2
		Bulovv	3	Kiſſen	2
o. Gyshorn	3	Gammerode	$1\frac{1}{2}$	o. VViſmar	1
Kneſecum	$1\frac{1}{2}$	Rudenvverde	2		
Nyren	$1\frac{1}{2}$	VVittenberg	1		$24\frac{1}{2}$

Aliud iter Auguſta Helmſtadium 66. Schvverinũ $21\frac{1}{2}$. *& VViſmariam 5. ſimul* $92\frac{1}{2}$.

Halberſtadium vſque numerantur mill. $60\frac{1}{4}$

Vide

Vide tabulā Ducatus Brunſchvvicenſis.		Bienrode	1½	Gotzleben	2
		Ooſsfelt	1½	Thom Dam	2
Schvvance	2	Innebuten	3	Grabovv	3½
Oſcherſleben	½	Berendorff	1	o. Schvverin	1½
Beyendorff	1	Soltvvedel	2		21½
Anſorde	½	*Vide tabulam inferioris Saxoniæ.*		Fichtel	3
VVarbergen	1			o. VViſmar	2
o. Helmſtat	1	Lichavv	1½		
	6	Danneberg	2		5

VVISMARIA *in ducatu Megapolenſi clari nominis civitas, circa annum Chriſti 340. ædificata perhibetur, Anno ſalutis 1262. tota incendio perijt ac tum, multo, quam ante, magnificentius extructa, lapideis ædibus condecoratur. Portum maris commodiſsimum, in toto hoc littore Balthico habet, oneratas naves, quantumvis capaces recipientem, & ſine vllis anchoris tutas præſtantem. Vnde vrbi, non tam à ſapienti Præſide, quam certitudine marini portus inditum nomen veriſimile eſt. Minoribus opidis copiam rerum ad vitam tuendam neceſſariarum, ſepiſsimè communicantibus atque inde recipientibus, velut coronæ, vndequaque cincta eſt. Agrū ſuburbanum habet fertiliſsimum, ex quo ferè quingentis civibus, domum propriam poſſidentibus, ſorte aliquot iugera liberè totū ſeptenniū fruenda tribuuntur. Vrbis frequentiam & opes priſtinas, magnificentia Templorum, & maieſtas auguſta, Fori, Curiæ, cellæ vinariæ, ac ædium privatarum amplitudo & ſplendor, adhuc demonſtrant.*

41. *Iter Auguſta Vinariam 43. Eiſlebiam 8½. Magdeburgum 9½. Roſtochium 28½. ſimul 89½.*

Coburg vſque numerantur mill.	33	o. Greventhal	2	Tuchel	1
		o. Salfelt	1	o. Planckhaim	1
Neiſs vor der Heidē	2	*Vide tabulam Thuringiæ.*		o. VVeimar	1
o. Iudenbach	1	o. Ruttelſtad	1		43

VVINMARIAM, *ſive Vinaria, vulgò* Weimar/ *nitidiſsimum Thuringiæ oppidum, nomen habet à vino, nam VVeinmayr, ſive VVynmayr, vinitorem Thuringico ſermone denotat, quaſi vinearum aliquis cultor, ea primū loca inhabitans, vineas ibidem colere cœperit. Inclytam Saxoniæ ducibus ſedem & domiciliū, amœniſsimū, Vinaria præbens, venuſtiſsimis tā publicis, quam privatis civium eſt decorata ædificijs. Quemadmodum aëre ſalubri, ita agros non tantum rerum vtilium & neceſſariarum fœcundo (Thuringia namque ob fertilitatem ſumen exiſtimatur Germaniæ) ſed & delicijs, nobilium hominum, voluptatiq; mirificè blandientibus, præcellit: Nam præter omne frumenti genus, læta etiam Bacchi, Germanis grata do-*

naria, Iſatidem herbam, vulgò Weyd *(quæ non alia, quam pingui alitur gleba) lanarũ infectoribus abundè præbet Thuringia. Limpidiſſimos item fontes, & aquas gratiſſimis ſuſurris ſuaviter circumſonantes, Nemora itidem & ſaltus, ad venatus ferarum, ad admirationem abundant. Quæ quidem grata naturæ, eiuſq; auctoris dona, Imp. quondã Auguſtiſſimos, vt potiſſimum ibi agerent invitarunt. Neque verò luxurians tantum agri fœcunditas, Principes viros huc ſemper invitavit, ſed & peramœna vrbus huius elegantia, politia quàm optimè inſtituta, cæterarumq; vrbium ampliſſimarum ornamenta huc eos potiſſimum traxerunt. Videas hic conſecrata Numini perauguſta templa: Miſericordiæ item ſacrificijs, loca publicè nuncupata, & amplis dotata reditibus vti ſunt hoſpitalia, Noſocomia, locũ vbi contagioſis infecti morbis, curantur. rivulus aëri purgando deſtinatus, permeat opidam. Fluviolus vulgò* die Lotta/ *molinarias exagitans rotas, ipſum illabitur, quotidiano civium vſui, & platearum nitori ſubſerviens. Arx hic Saxoniæ ducũ magnifica ſplendidis ædificijs nitens, numeroſæ & ampliſſimæ familiæ capax, & præſertim amœniſſimus dulciſſimusq; hortis, præſtantiſſimis herbis, & fructiferis arboribus ordine bello, in quincuncem poſitis, luculenter ornatus: areolis ex odoriferis floribus, & medicis herbis, haud ſecus diſtinctus, quam ſi vel Apellis vel Dureri penicillo depictæ forent, cum ſepimentis ex roſa, Buxo, Roſmarino, Lauro, eiuſdemq; generis fruticibus venuſtæ ſemper virentibus. Aquis ex præterlabente Ilmo fluvio piſcoſo, aneis fiſtulis paſſim deductis, arborum & plantarum radices adaquantur. Maximã autem delectationem præbet elegans & pellucida horti in medio turris, ex qua aquulæ gratiſſimo murmure obſtrepunt, & ſubiectum in lacum delabuntur, incredibilem prorſus iſtius horti ſpectatio, admirationem habet.*

o. Buttelſtet	1	o. Schonvverda	2	o. Eiſleben	1
o. Bichlingen	2 ½	o. Oſterhauſen	2		8 ½

E ISLEBIA *vulgò* Eißleben/ *appellationem, ab Iſide Aegyptiaca conſequuta putatur; quæ oras Suevicas, vicinaq; loca poſt mortem mariti Oſyridis peragraverit & Eislebiæ domicilium foverit. Situ eſt ſalubri & optimo, ſolũ habens tam in ſuperficie, quam in fundo fertile: ibi ſi umenta hic metalla largo proventu ſuppeditans. Eruitur enim ex eius viſceribus prope Eislebiam, Mansfeldiam & Hochſtatten, lapis niger ac fiſſilis cuiuſmodi is eſt, quo in laminas tenues ſecto, tegularũ loco vtimur, nonnullis Ardoſa vocantur: is picis æriſq; plurimum obtinet, ac metalli minimè occulta habet indicia: conſpicitur enim inſperſus auri cuprive color. Hunc itaq; ingenti copia erutum ex montibus, lignis circum poſitis exurunt, incenſus aũt emittit eundem, quem Linthraces, ſeu carbonarij lapides odorem. at ſi contingat placidas pluvias ignem conſpergere, tantum abeſt, vt extinguatur vt maiores etiam flammas excitet, lapiſq; eo citius liqueſcat, quod bituminis piciſve non obſcurum eſt indicium. Neque tacendum (nam ludentis naturæ miraculum non immerito videri, queat) quod is lapis manifeſtas*

oſtendat

oſtendat inſpicientibus animalium fere omnis generis effigies, ramentis ac lineamentis auri as coloris, ita vt quidvis primo intuitu dignoſcere queas.

Polleben	1	Biſtorp	1	o. Magdeburg	1
Gerbſtet	1	Mulingen	1		
Mocheritz	1	o. Salz	1		9 ½
o. Bernburg	2	Salvelt	½		
	5				

Aliud iter Auguſta Magdeburgum, quo vſq; numerantur mill. 62. indeq; Roſtochiū 28½. ſimul 90½.

Mansfeldium vſque & in itinere Brnnſchvvigam verſus.	53 ½	Aſcherſleben	1	Froleben	½
		Anlebon	1 ½	o. Magdeburg	1
Kupfferberg	1	o. Staffurt	1 ½		62
Frecleben	1	Stenen	1		
		Elendleben	½		

MAGDEBVRGVM, *vulgò* Magdeburg/ *Imperialis & Metropolitica dignitatis in Saxonia vrbs Archiepiſcopalis ſedes, cuius Antiſtes, omnium Epiſcoporum in Germania primas eſt. Olim dicta Parthenopolis à Venere Parthenia, quæ ibi colebatur. Hanc civitatem Otto primus cōdidit ductu eius cōiugis Iditha reginæ Edmundi Anglorū regis filiæ, quæ & ibi ſepulta. Hæc inclita vrbs, Imperatorū honeſta ſedes, in tres partes dividitur, eſtq; munita mœnibus, ac propugnaculis, turribus quoq; ac foſſis excellit. Sunt in ea magnificæ domus, perpolitæ plateæ, ampla & ornatiſſima templa. Inprimis verò nobile illud D. Mauritij fanum, ex quadrato lapide, ſtructuræ magnificentia conſpicuum Ottonum Cæſarum inſigne opus. Magiſtratus vrbis, ius civile Romanorum abbreviatum, & Saxonica lingua conſcriptum, non ſine reverentia cuſtodit, quod Magni Caroli auctoritate firmatum tradunt, eoq; in deciſione cauſarum circumvicinæ gentes recurrunt: Magna & venerabilis earā legum authoritas habetur. Poſt Ottonem iuſſu Imperatorum Magdeburgi erectus eſt Burggraviatus, numeraturq; inter 4. Burggraviatus Imperij.*

Barleben	1	o. Schauſen	1 ½	o. Lubitz	2
Moſendorff	½	Benſter;	1	Krakavv	1 ½
VVolmerſtede	½	*Vide tabulam Saxoniæ inferioris.*		o. Guſtrovv	2
Borchſtal	1 ½				23
Lutz ingen	1	VVittenberg	1 ½	Gadebuſch	2
Nyendorff	¾	o. Perleberg	1	Helden	1
o. Gardelebon	½	Sangevvald	2	o. Roſtock	2
Biſmarck	3	Pentzin	1 ½		28 ½
o. Oſterburg	1 ½		17 ½		

ROSTOCHIVM *olim Laciniũ, & corrupte Rhodopolis & Laciburgum vocata, vulgò* Roſtock/*vrbs eſt Vandalica, Anſeatica, maritima & Megapolitana, & præ multis alijs Germaniæ(cuius hæc ad Boream limes) vrbibus præcipuis literario ſimul & mercatorio emporio clariſſima. Megapoleos Principibus ſemper paruit, à quorũ maioribus circa Epoche Chriſtianæ annũ 329. levibus initijs inſtar pagi ad Varnam amnem condi incepta, poſtea à Godeſcalco Obetritarum rege in oppidulũ conversa, ac demum anno Dei hominis 1160. à Pribislao ſeu Primislao II. Nicoloti filio & Obetritarũ ſeu Herulorũ rege, quadrageſimo & vltimo ex vicina, & tum ab Henrico Leone deſolata, vrbis Keſſinij terræ Laciniæ Metropolis rudcribus, muro cincta, foſſa munita, inq́; vrbis formã eſt inſtaurata. Mercatura ſeu negotiatio maritima, magna dedit vrbi huic incrementa, & civium multos, ad inſolitã opulentiam evexit, qui farinam & cereviſiã in Daniã, Norvvegiã, Islandiam & Svveciã, Olyram, triticũ, & aſſeres Noricos, in Belgiũ, Scotiã, Britanniã, Galliam, Hiſpaniã, Italiã, aliaſq; ampliſſimas Europæ regiones, ſumma copia importaut, & viciſſim ex illis Butirũ, pecudes, piſces muriaticos & induratos, ligna, trabes, tabulas quercinas pineaſq;, ferreas laminas. &c. Ex his Sal, Aromata pannũ, varia vina, eaq́; precioſiſſima reducunt, & magno cũ lucro divendunt. Cereviſia Roſtochienſis, cuius plus minus 250000. tonnæ, ab 250. certis tantum zythepſis quotannis coquuntur, & longè lateq́; navigijs avehuntur, cunctis Septentrionalibus ob bonitatem & excellentiam ſaporis, præſtantior & ſalubrior eſt.*

Vide tabulam Daniæ.
VVarmund 2
tranſmitte mare Balthicũ.
Geſſor 7
in Falſtria
Nicoping 2
Gabones 2
VVarborch in
Zelandia 1
VValloe 4
Koge 1
Copenhago 4
23

Aliud iter VVarburgo Copenhagiam vſq;.
VVarborch 14
Preſtore 2 $\frac{1}{2}$
VVindebeholt 1 $\frac{1}{2}$
Faxoo 1
Koge 2
o. Copenhage 4
25

Iter Auguſta Bardum 92.

Vide tabulam Saxoniæ inferioris.
Magdeburgũ vſq; 62
Guſterovv in itinere
Magdeburgo Roſtochium verſus 23
Ter Lage 2
Tuſſin 1 $\frac{1}{4}$
Sulte $\frac{1}{4}$
Mutlavv 1
Dangart 1
o. Bart 2
92

BARDVM *vulgò* Bart/*nõ infirmũ inter Pomeraniæ opida, dignitatis longũ occupat, præclaras & magnificas nobiliũ ædium ſtructuras habet, & iucundam Ducibus ſuis reſidentiã præbet. Eius primordium in annum poſt Chriſtũ natum M. LXXXIX. hiſtorici, & opidi Archyvum referunt, quando à Longobardis Rugienſem inſulam*

ſulã occupantibus, loco negociationi peroportuno ad Balthicum mare ædificatum, Barthienſi ſeu VVolgaſtenſi Duci paruit. Deinde Stetinenſes Pomeranæ Duces, ſitus commoditate illecti, ampliſſimarũ vrbiũ privilegijs, ducali reſidentia: Palatio eleganter ad normã ædificato, Schola, & Typographica officina, Bardenſe hoc opidũ decenter exornarunt, quemadmodũ & horto, varijs ſepimentis, diverſarumq; herbarum, florum, ac arborũ varietate, ad delectationem ſpectantiũ venuſtè diſtincto. Adpellationem & nomen, vel à primis fundatoribus Lõgobardis, vel à præterlabente fluvio Barto, obtinuiſſe perhibetur, quem hoc loci mare abſorbet. Forum habet amplũ in quo, ob agri fertilitatem & maris opportunitatem res victui, & humani neceſſitati inſervientes, tolerabili pretio venerunt: Solũ enim habet non tantũ ſuburbanũ, ſed totius Ducatus vbiq; fertile aquis, irriguũ ſtagnis abundans, onerarijs mercatorũ navibus pervium: Dives eſt paſcuis, pomis, lignis, montibus, venatione, pecore, piſcibus, frumentis, butyro, melle, cera, & alijs his ſimilibus: vnde marinis & fluviatilibus piſcibus, omnis generis ferina, multiſque magnarũ vrbium cõmoditatibus, Pomeraniæ Barda ita abundat. Vt non immeritò Illuſtriſſ. Pomeraniæ Duces, optatã ſibi ſedem, vitæq; domicilium in ea ſibi delegerint. Civiũ opes, in re pecuaria & negociatione conſiſtunt, quã mari in vicina Dania, Norvegia, alijſq; remotiores regiones magno quæſtu exercent. Cerviſiam coquunt ſapidã, quã etiam, ad remotiores, longius exportant. Licet Vulcani furorem valdè ſibi iniquũ frequentius ſenſerit Bardum, tamen tãta eſt ſitus oportunitas, tanta cura & ſolicitudo Ducis, in ea reſtauranda & conſervanda, vt bene muniti & florentis opidi formã modo exhibeat.

Iter Auguſta Straelſundam $94\frac{1}{2}$.

Vide tabulã Marchiæ Brãdeburgenſis.		deburgo		Dragun	2
Magdeburgum vſque ſunt mill.	62	Barthum	$17\frac{1}{2}$	Kamp	4
Pentzin in itinere Magdeburgo		Garlezoe	1	o. Stralſund	3
		Plavven	1		
		Malchin	4		$94\frac{1}{2}$

STRAELSVNDIA *vulgò* Sund/*vel* Straelſund/*ſita eſt ad mare, à Simone II. Duce Francorũ inchoata, poſtmodum anno M.CC.IX. à VValdemaro II. Daniæ rege de nova erecta & aucta eſt. olim Principem ſuũ habuit, quem dixere Bartenſem, poſtea Pomeraniæ acceſſit. Oppidum hoc tempore ſplendidum eſt, Straelſundia.*

Iter Auguſta Ienam 44. Naumburgum $5\frac{1}{2}$. *Lipſiam 6. ſimul* $55\frac{1}{2}$.

Bambergam vſque ſunt mill.	27	mill.	12	Burgavv	1
Ruttelſtat in itinere Bamberga Vinariã		*Vide tabulam Thuringiæ.*		o. Iena	1
		o. Orlamund	2		
		o. Kale	1		44

IENA ima iacet valle, muris & turribus firma eſt. Pons lapideus vtramq́; Salæ ripã coniungit. Florens eſt Thuringiæ opidum, quod Muſa & Vineta ornant. De Iena canit Strigelius

Hinc placet Hebræo nobis de nomine dici,
Vt vetus à Iain nomen Iena tenet.
Cur ita crediderim, niſi mentem vocula fallit,
Certa huius ratio nominis eſſe poteſt.
Quippe vocat Iayn, Solymæ prius incola terræ
Hoc, quod nos Latio dicimus ore merum.
Quæ caput in medijs vrbs fertilis erigit uvis,
Hanc quiſquam à vino nomen habere neget?

Zvvetzen	1	Schonberg	1	o. Lutzen	1
Dornberg	1	VVeiſſenfels	1	Raenſtat	1
Pfort	3	*Vide tabulam Saxoniæ ſuperioris.*		o. Leipſig	1
o. Naumburg	½	Roppich	1		6
	5½				

Aliud iter Hofum 36. Zvvicaviam 7. Lipſiam 9½. ſimul 52½. inde VVittebergam 8. Brandeburgum 8. Gripſvvaldiam 34. ſimul 102½.

Vide tabulam Franconiæ.		o. Hoff	2	Aldenburg	3
Nurenbergam vſque mill.	18	*Vide tabulam Saxoniæ ſuperioris.*		Treben	1
Hereſperg	2			Lobſchitz	1
Grefenberg	2	Zibern	1½	o. Born	1
Pegnitz	3	o. Plaun	1½	Henrichea	¾
o. Paicreüt	4	Nevvmarkt	2	Rota	¾
Perneck	2	o. Zvvicka	2	VVolkevvitz	1
Gefreſz	1		7	o. Leipſig	1
Munchberg	2	Langlunckvvitz	½		9½

LIPSIA vulgò Leipſigk/ Oſtlandiæ quondam Metropolis, nunc Miſniæ adſcribitur. Vrbs à quis irrigua, ex eiuſdem nominis pago in vrbem ſummæ dignitatis excrevit, & inter Miſniæ oppida florentiſſimũ ditiſſimumq́; habetur, quod ſuperbiſſima ædificia; & peraugusta civica domus, nitore. & magnificentia ſua, ſatis manifeſtè declarat. Ter annuatim nundinis frequentatur: Muſarum etiã inclyta ſedes exiſtit.

Prorzke	1½	Barne	1	o. VVittenberg	1
Lindenavv	1½	Bilavv	1		8
o. Dieben	1	Kemberg	1		

VVITTEBERGA *oppidum Saxoniæ ſuperioris, à VVitekindo I. Saxonũ Chriſtiano Principe vt quidam putant VViteberga nuncupatum. In eo Dux Fridericus, Elector, Erneſti Electoris filius, inſtituit anno Do. 1502. vniverſale ſtudium, ex Lipſenſi & Tubingenſi Vniverſitate. Petrus Moſellanus: Fredericus inquit, VVittebergam ſuam, omnigenarũ artium, maximè trium linguarũ profeſſoribus ſic inſtituit, ſic adornavit, vt optimè conſtituti Gymnaſij exemplar hinc petere poſſis.*

Straucha	1 $\frac{1}{2}$	Beltzig	1 $\frac{1}{2}$	o. Brandenburg	3
Raben	1	Helm	1		8

BRANDEBVRGVM *vulgò* Brandenburg / *alijs à Brenno Duce Senonia nominatũ & extructum putatur: alijs à Brando Marcomiri VI. filio, duplex eſt, antiquum & novũ, quorum vnum ab altero diſtinguitur fluvio Havel.*

Trevven Britzen	2	o. Rapin	2	o. Stolpe	3
Belitz	2	VVitſtock	4		30
Vckermunt	1	VVerdenhagen	1	HohnKiſavv	2 $\frac{1}{2}$
Zanche	1	Tornam	1	o. Gripſvvald	1 $\frac{1}{2}$
Potſtain	1	Kreutzberg	2		34
Tremmen	2	Nevv Brandenb.	2		
Navve	1	Treptovv	2		
Belliniſch Fehre	4		28		
	14				

GRIPSVVALDIA *vulgò* Gripſwaldt / *civitas antiqua in Ducatu VVolgaſtenſi in Pomerania, multa olim paſſa eſt à Rugis. Schola ibi erecta eſt anno M. CCCC. LXVIII.*

Iter Auguſta Volgaſtum 103 $\frac{1}{2}$.

Brandeburgum vſque numerantur mil. 68 $\frac{1}{2}$	Stolpe in præcedenti itinere vſq; ſunt m. 30	Ranſin	2
		o. VVolgaſt	3
			103 $\frac{1}{2}$

Iter Auguſta Anclanum 99 $\frac{1}{2}$.

Brandeburgum vſque numerantur mil. 68 $\frac{1}{2}$	Treptovv in præcedẽti itinere vſq; mil. 28	o. Anclan	3
			99 $\frac{1}{2}$

Iter Auguſta VVinetam 106. mill.

Brandeburgũ vſq; 68 ½		Furſtenberg	2 ½	Vledom	2
Beliniſche Fehre in itinere præcedenti vſq; numerantur mill. 14		Nemeravv	1	Crimke	2
Vide tabulã marchiæ Brãdeburgenſis.		Furſtenſche	1	Pudgla	1
		Feldbergk	2	o. VVineta	2
		VValleck	2		106
		Fritlant	2 ½		
Granſoe	3	Scadefur	2 ½		

VVINETA *emporium quondam celeberrimum fuit.*

Iter Auguſta Berlinum 72½. Vkermundam 18. ſimul 90½.

VVittebergã vſque numerantur mill. 60½		Sarmindt	2	o. Colln an der Spre &	
Trevven Britzn	4	Langenvviſch	1	o. Berlin	1
Belitz	2	Grunevvald	1		106
		VVellenſdorff	1		

BERLINI *vulgò* Berlin/ *Marchiones Brandeburgenſes Electores ſedem habent.*

o. Bernavv	3	Prentzlavv	1	o. Vkermund	1
Schonebeck	3	Paſevvalck	4		18
Botzen	5	Torgelovv	1		

Iter Auguſta Stetinum 89½. VVollinum 8. ſimul 97½.

Berlinum vſque ſunt milliaria	72 ½	Turm	1	o. Stetin	5
Bernavv	3	Angermund	2		89½
Nevvſtadt	3	Stendelichen	1		
		Gartz	2		

STETINVM *ſeu Sedinum a Sedinis populis denominatum, vulgò* Stetin / *cis Viadrum, veteri merito a priſcis dictum eſt, quod conditoris nomen, & tempus extructionis, à nemine [illegible] accuratè perveſtigatum ſit. Situs commerciorũ, & victus oportunitate, moribusq; civium elegantia, nulli maritimarũ civitatũ cedens. piſcium lectiſſimorum varij generis, & precij exigui, inexhauſtum promptuariũ, vivaria. Pratorum quoq; ac lignorum cæduorum adeo ferax, vt parem haud facile, ſuperiorem verò aliam, vix vſquam reperias vrbem. Luxuriat ager ſuburbanus & finitimus, proventu egregiorum fructuũ, quorum magna vis quotannis in Tranſmarina regna & ditiones defertur. Quin etiam iure exonerandi merces & adventitiarum rerum [illegible], retinendarum præ cæteris privilegio raro atq; perveteri gaudet.*

Po'ta

Polta	2 ½	Stepenitz	1	o. VVollin	1
Laſenitz	½	Trepſin	3		8

Iter Auguſta Ingolſtadium 8. Ambergam 12. Egram 10. Miſenam 19. Francofurtū ad Oderam 20. ſimul 69. mill.

Vide tabulam Ducatus Bavariæ.		Schrobenhauſen	2	o. Ingolſtat	1
		o. Hohenvvart	1		
S. Leonhart	2 ½	VVindten	1 ½		8

INGOLSTADIUM *vulgò* Ingolſtat/ *ſitum eſt ad Danubiū: antiquis dictum* Engolſtat / *ab Anglis Svvevis, qui civitatem hanc cum alijs cœperunt. Olim pagus fuit, ad monaſteriū Altach pertinens, qui deinde à Ludovico Bavaro Imperatore, eiuſq; ſucceſſoribus Ducibus Bavariæ, in civitatem eſt mutatus. Quidam civitatem hanc vocant Chryſopolim* (Goltſtat) *quod alijs nō placet. Univerſitas anno dom. M. CCCC. X. ibi initium ſumpſit, ab Univerſitate Viennenſi, quam Ludovicus Dux & Pius II. anno M. CCCC. LXIX. varijs ornarunt privilegijs.*

Vide tabulam Palatinatus ſuperioris ſive Bavariæ.		Velburg	1	o. VVeiden	2
		VVeidenhut	1	Nevvſtetl	½
Hepperg	1	Allerſurgk	½	Nevvhauſs	1
Appertzhauſen	½	Iarſtorff	1	o. Durſchereut	1 ½
Brachmul	1 ½	Kefering	1	o. VValdſach en	2
VVolffpuech	1	o. Amberg	½	o. Egra	1
Dietſurt	1		12		10
o. Breitenegk	1	Stamgloe	½		
Seicherſtorff	1	Freidenburg	1 ½		

EGRA *urbs in primo Bohemiæ aditu ſita, à fluvio Egra, cui adiacet, nomen conſecuta putatur; olim imperio Romano, hoc verò tempore, Bohemiæ regno ſubiecta. Tota formoſiſſima, tota pulcherrima. Intus pulchris ædificijs, civili, urbanoq; populo, magnificis & eximia virtute præſtantibus viris, illuſtris. Foris verò amœniſſimus & fœcundiſſimus hortus, & agris, variiſq; pomorū & fructuū generibus beata, atq; piſcoſo flumine* [illegible] *ſita eſt in amœniſſima valle, ad collem, cuius declivi, maior civitatis pars ſuperne* [illegible] *incumbit. Eſt duplici muro fortiſſimo, circumquaq;, aliquibus etiam locis, præſertim a flu*[illegible] *ambitis triplici: ampliſſima item foſſa, ac muro concluſa: turribus vero pl*[illegible]*, magnifice con*[illegible] *F*[illegible] *eiuſdem nominis, ex monte P*[illegible] *habet* [illegible] *navigabilem* [illegible] *fere; quā verſus plaga arx etiam urbi* [illegible] *munitiones, foſſas ac turres habet. Eſt in urbe magnifi*[illegible]*, ad orien-*

ti ſoli obverſis turribus. ſunt & alia pari elegantia templa & moneſteria. Integrum & magnum Senatum conſtituunt veteri Rom. more viri centũ, ex quibus 19. ex antiquiſſimis ſunt vrbis familijs, patritio ſanguine nati. Ex quibus ſolent eligi 4. conſules, 13. alij vocantur Iudices & Scabini: Hi ius dicunt, nõ ex ſcriptis legibus, ſed ex receptis & longo vſu comprobatis conſuetudinibus. Reliquos Senatores plebeios vocant. Ab huius Senatus conſtitutionibus nemini liberum eſt ad ſuperiorem magiſtratũ provocare. Habet quoque Egra frumentarias ędes omni frumentorũ genere refertiſſimas. Armamentariũ item bellicorum inſtrumentorum apparatu inſtructiſſimum: Molendina, Xenodochia, balnea publica. portas maiores tres, & totidem parvas, quę conſulibus tantum, publicorum negociorũ cauſa nocturno tempore patent: habet ſuburbia lata, & iuxta portã acidi ſaporis fontem. Arces 12. pagos inſignes plurimos, ac aliud opidum Revvitzdi, tribus ab vrbe lapidibus ad Coſſenium montem ac fluviolum ſitum, & propriam deniq; monetam, quę in Egrana tantum ditione valet.

Vide tabulam Saxonię ſuperioris.		Lichtel	3	Ravenſtein	2
		o. Iochims Thal	1	Oerderen	1
o. Koniglperg	1	o. VVeiſſenthal	1	Noſſen	2
o. Falckenavv	1	o. Gotſtat	1	o. Meiſſen	3
o. Elnbogen	1	o. S. Annaberg	1		19

M*EISSENA vulgò* Meiſſen/*civitas hermumduorũ prę ſtans eſt. Moguntinẽ annales eam primum ędificatã, & validis ob loci oportunitatem cõmunitam pręſidijs, perhibent ab Henrico Aucupe cognominato, Anno poſt natum Chriſtũ 830. imperij ſui anno ſecundo, contra frequentes Vngarorum incurſiones, qui multis eo tempore incommodis afficiebant Germania. Et verò ſuccedentes Auguſti, ibidem firma retinuerunt pręſidia contra VVendos, qui vltra flumen degebant, ſicuti & deinde Antiſtites & Principes contra Bohemos. Mons in cuius cacumine arx videtur impoſita, librata planicie vndiq; cinctus, foveis naturę beneficio firmis munitur. Ab eo ad S. Afrę montem vicinũ pons lapideus, arcuato opere mirabilis, protenſus eſt. Vrbs ipſa ſitu partim montoſo, partim eſt plano. Ex montibus duo, alter arcis, alter S. Martini, inſtar brachij ad Albim fluviũ ſeſe extendunt, ipſamq; vrbem quaſi amplecti videtur. Ad fluvium Tubiſch vulgò dictum, mons Altenburgu ſe protendit, ab arce, quum ibi quondam extitiſſe perhibent, denominationem retinens, cuius iam nullę ſuperſunt ruinę. Naturę clementia interamnis eſt Miſena: nam qua ſolis ſpectat exortũ, Albi flumine alluitur, qua verò meridie Tubiſſa. Ad occaſum Solis precelſis adhęret montibus ad Septentrionem autem rivulum Miſenam habet, qui ad Schloſſpurgi montis radices, in Albim ſe exonerat, vnde huic vrbi nomen eveniſſe putatur, qui quidẽ etſi exiguus, celeberrimi tamen nominis eum quõdam fuiſſe conſtat. Porrò clariſſimorũ opidorũ vicinitas, magnarũ navium patiens flumen, conſiti lętiſſimis vineis montes, aëris deniq; puritas, hanc vrbem com-*

commendabilem reddũt. Quin etiã minerarũ, & metallorũ ſunt montes ditiſsimi, primo à Miſena lapide, mons eſt Schaffenburgius cognominatus, argento & plumbo fœcundus, & Freybergum verſus, iuxta Mockerigs pagũ, altiſsima iſta fodina atq; putei, Montzigerthal, vbi metallici ante annos 20. à labore deſtiterunt, ſolum metallicarum rerum vbertate præſtans fuiſſe, demonſtrant. Primarius vrbis mons, ſolem orientẽ reſpiciens Schluſsburgũ tanquam arcis mons dictus, caſtris duobus præcellenti ſtructura cõſpicuus decoratur, quorum alterum Principis eſt ab Alberto Saxoniæ Duce ædificatum, alterũ Epiſcopi aula, à Ioanne eius nominis quinto incboatum quidem magnificè, ſed extrema artificum manu nondum perfectum. Iuxta, in arcium duarum medium eſt Eccleſia Cathedralis ad occaſum ſacram oſtentans ædiculam, Principum tumbis & ſepulturis percelebrem. Mons ad Solis vergens occaſum S. Afræ cœnobium ſuſtinet, à Reinardo Epiſcopo inſtitutum, quod nunc Saxoniæ principium iuſſu in Scholam eſt converſum. Iuxta Miſenam vrbem vtrinq; Albis ripa, ligneo ponte, tanto artificio & magnitudine coniungitur, vt vniverſum Romanũ imperium, ea præſtantia pontem, ex ligno præſertim conſtructum, non putetur habere.

o. Hain	2	o. Hertzberg	1	Mulroſe	3
o. Muckenberg	4	o. Cotvvitz	2	o. Franckfurt an der Oder	$1\frac{1}{2}$
Leupſch	1	Beyrtzn	$1\frac{1}{2}$		
Salgaſt	2	Luberaſs	2		20

Aliud iter Freibergam 45. Dreſsdam 4. Francofurtum ad Oderam 24. & inde Coſslinum 28. ſimul $101\frac{1}{2}$.

S. Annabergam vſq; in itinere Egra Miſenã numerantur mill.	40	Lengfelt	1	Auffm Brae	$\frac{1}{2}$
Marieberg	1	Rysflant	$\frac{1}{4}$	o. Freiberg	$\frac{1}{4}$
		VValſtorff	1		
		Langeney	1		$45\frac{1}{4}$

FREIBERGVM *Miſniæ, vulgò* Freiberg/ *opidum nobile, ac opibus ob fodinarũ metallicarũ præſtantiã affluens, in Suditorum montiũ pede, qua parte ad Miſniã ſpectant ſitum. Prima fundatione conſtructum eſt ab Ottone Marggravio Conradi Marggravij filio, Frederici Oenobarbi Augi temporibus imperij ſui anno 19. Venæ auro gravidæ, eaq; non hominũ induſtria & arte, ſed fortunato & mirabili caſu inventa, nepè à vehiculi rota, detectæ auguſtiſsimi Freiburgen. opido dedere initiũ. Muntzbach rivulus opidum interſecat, nec procul inde Muldã fluviũ Freibergium habet, quo ligna, rei domeſticæ & ædificijs neceſſaria, ex Boiemia advehuntur. Ante portã D. Petri, fontem habet, lepræ curandæ idoneum. Anno 1540. iuſſu Henrici Ducis, conſcripti ſunt omnes, qui in hoc annũ duodecimum excederent, & inventa ſunt vltra 32663. capita.*

Hoet

Hoet	1	Langenavv	1	Zinhoven	1	o. Dreßden	1
							4

DRESDA vulgò Dreßden/*in Miſnia, vrbs aſpectu ſituq́; amœniſſima, firmiſſimo murorū circuitu, forens propugnaculis ad hoſtiū propellendos inſultus, probe munita publicorū ædificiorū ædiumq́; privatarū ſingulari nitore, cū præcipuis Miſniæ vrbibus decertat. Eā Albis allabitur, eiuſq́; margines pons, ſtupenda ob longitudinem ſerie, ex ſaxo duriſſimo fornicatus coniungit, habens in citeriore latere Dreſam antiquā, ſi equenti habitatione celebrem. Quod ad loci aëriſq́; ſalubritatem attinet, eā quidem exuberans ſoli fertilitas, grataq́; cœli clementia, tantā ſuppeditat vt Saxoniæ Principes Electores in hac ſedem fixerint. Arx, omniū qui eā viderunt iudicio magnifica, Dreſam exornat, illa quadrato & ſecto ad regulā ſaxo ingenti ſumptu cōſtructa, & opportunis ad defenſionem muris machinisq́; mire exculta atque conſpicua. eſt in ea Armamentariū inſtructiſſimū, omni armorū & machinarū genere; globorū item, ac pulveris maxima copia inſtructiſſimum. In eo Thoraces ferrei, & permulta cathaphractorū corpora, cæteraq́; bello neceſſaria ſingulari diligentia ac cura aſſervantur, quibus bene plenus, ampliſſimusq́; exercitus, contra quoſcumq́; motus, ſubito armari ac inſtrui poſſet; Quod ſi hoc loci, Scorpiones, Falcones, Mortarios ruptores, aliaq́; ſtupendæ magnitudinis, ac ponderis tormenta muralia, eorumq́; nitorem ac formas enodate recenſere vellet aliquis, verendū ei eſſet, ne veritatis limites tranſgreſſus eſſe exiſtimetur, ab iis qui tantū tamq́; magnificū rerū bellicarū apparatū nunquā viderint. Illud interim affirmari poteſt, non vllū in vniverſa Germania Armamentariū reperiri, quod huic Dreſenſi, non deferat palmā. Territoriū huic vrbi vicinū, læta agrorum fertilitate excellit; quocunq́; oculos verteris, amœniſſimi horti, arboribus, herbiſq́; generoſis culti, viſuntur, quorū parietes reticulati, variorū fructuū vbertate, magna cū voluptate ſpectantium latiſſimas conſitaſq́; areas cingunt.*

Vide tabulam Saxoniæ ſuperioris.

Radeburg	2
o. Ortrande	2
o. Rulant	2
o. Senfftebcrg	1
Salgaſt	2
o. Finſtervvald	2
o. Sonnevvald	1
o. Calavv	2
L. ben	2
Piberſtorff	1
Auffm ſand	1 ½
Zur Fehre	½
Beskovv	1

Vide tabulam Marchiæ Brandeburgenſis.

Mertenſdorff	1
Mulraſe	1
o. Franckfurt an der Oder	2
	24

FRANCKFVRDIA *ad Oderam* Franckfurt an der Oder *ſitu excellit: Ab ortu enim interlabitur Viadrus fluvius, hodie Odera dictus, piſcium copia abundans: ab occaſu verò, meridie & bore, ſunt vinea innumera, collectaq́; vina, per*

Via-

Viadrum in Pomeraniã, Daniã, Boruſsiã, & vicinas partes diſtrahuntur, diceres hic Bachum, Cererem, Naiades & Dryadas habitare. Deſunt tantum metalla & aromata; alioqui multarũ rerum hic cornucopia. Habent ſatis fœni & lignorum. Tradunt annales eorũ, civitatem primum fundatã & extructam anno Chriſti 1253. per Gedinum ab Hertzberg, cõmiſsione Ioannis I. Marchionis Brandenburgenſis, atque ordinatã pro mercibus deponendis, quæ terra & fluvio illic deferuntur. Pleriq; cives de ſua negociatione, præſertim piſciũ, vini & annonæ, quorũ maxima ibi eſt copia ſolliciti ſunt. Publicũ in hac civitate Gymnaſium inſtitutũ fuit ab Illuſtriſſ. Principe Electore Ioachimo, ex Lipſenſi anno 1506. ab Imp. Maximiliano varÿs privilegÿs ornatum: In quo iam inde ab initio, in omni artium atque linguarum genera præſtantiſsimi Doctores fuerunt.

Vide tabulã Marchiæ Brandenburgenſis.		Piritz	3	o. Nugartin	3
		Damitz	2	o. Platovv	1
o. Lubuiſs	1	Clitzavv	1 ½	o. VValdborch	1
Lieſſe	1	o. Stargart	½	o. Corlin	3
o. Furſtenfelt	3	o. Dalavv	1	o. Coſlin	3
o. Schonflieſs	3	o. Maſſavv	1		28

Iter Auguſta Dantiſcum quo vſque numerantur mill. 113.

Dreſsdam vſq; m.	49 ½	mo. Paradiſs	1 ½	Iegersburg	2
Pultſnitz	2	Beiberteich	2	Teupitz	3
o. Camitz	1 ½	o. Sternbergk	1	Landec	5
o. Hoierſvverda	3	Lage	1	Byton	8
o. Tribel	2	Czilentzig	1	Carthaus	10
o. Forſt	3 ½	o. Landſpergk	3	o. Dantzigk	5
o. Guben	2	Fridenpergk	3		113
o. Croſſen	2	VVoldenbergk	2		

Iter Auguſta Ratiſponam mill. 17. Pragam 28. Gorlitium 22. Glogavv 13. Poſnam 19. Dantiſcum. 35. ſimul 134.

Vide tabulam Bavariæ.		o. Scrobenhauſen	1	o. Neuſtat	1
o. Fridberg	1	o. Hohnvvart	1	o. Abenſperg	1
Daytma	1	Poerenbach	1	Abach	2
o. Aicha	1	Geiſenfeldt	2	o. Regenſpurg	2
Kreut	1	Schvveig	2		17

RATISBONA *vulgò* Regenſpurg/ *vrbs eſt antiqua & populoſa, Boiorũ olim Metropolis, qui à Romanis Italia pulſi, in Germaniam migrantes, Strabone teſte,*

Hercinia partem, & Iſtro vicina loca occuparunt, & apud Tauriſcos ſedes fixerunt. Alluit autem hanc Danubius, quo loco Nabam, Labaram & Imbrem amnes recipit. Ab imbro populari idiomate, & vernacula lingua Regenſpurgum appellant: Latina autem Ratiſponā quod in illo trium fluviorum concurſu navibus & ratibus bonā & commodā ſtationem praebeat. Propterea bellici apparatus ſedem, maximi principes aliquot olim hanc ſibi fecere, quod commeatu vndequaque importandi per amnes ibidem confluentes librat magnam facilitatem. Tiberium Caeſarem bello Vindelico & Illyrico coloniā eò deduxiſſe & Tiberianā nominaſſe quidam aiunt, & ad cuſtodiam limitum firmaſſe ſtatione continua legionis IV. Italicae, & nuncupatā propterea quoque Quartanorum coloniā. Caeterum conſtat Carolum Magnum Imp. liberata iugo Longobardorum Italia, eorumq; Rege Deſiderio capto, cum adverſus Taxilonem Boioariae regulū, Deſiderij generum, eiuſdemq; confoederatos Hunnos duceret exercitum, Taxillonem metu ſeſe ſuaq; omnia dedentem, captis obſidibus, clementer accepiſſe in gratiā: Hunnos perduelles, Chriſtianae Religionis hoſtes, maximis cladibus ad internicionem deleviſſe, & Ratubonā eodem bellorum turbine involutā vi cepiſſe, atque ad Chriſtianā religionem compuliſſe. Succeſſu deinde temporū, vrbs illa, bonis legibus conſtitutis, plurimum incrementi coepit, quamvis aliquando principum Germanorū bellis civilibus, varijs cladibus fuerit affecta. Propter eius vrbis opportunitatem & annonae facilem copiā, crebros omnium ordinū Imperij conventus, Auguſti Caeſares eo convocare ſolent. Viſu digna eſt Baſilica S. Petri perampla & magnifica: S. Emerentiani monaſterium vetuſtate & adificijs auguſtū, ab Arnolpho Imp. muris incluſum & adornatū, in quod ipſe victor à Normannorum caede rediens, Dionyſij Areopagitae oſſa tranſtuliſſe dicitur, cum libro Evangeliorum, aureis literis ornatiſſimè deſcripto: Danubij pons lapideus, è quadratis ſaxis ſatis eleganter extructus, civitatem cum ſuburbio iungit: Ratibus impoſitae, molarum aquariae machina, magna induſtria & ingenioſae inventionis officinae, nullo manuum auxilio ſed aquarum lapſu, & verſatilium rotarū labore continuo, nocte dieq;, ad nutum vnius hominis operantur. Lignariae moletrinae, vaſti ponderis trabes, arbores etiam immenſes ſua ſpōte ex vndis exurgentes, in tabulata ac pontes, ſeſe ſtridentibus ſubſilientium, ac multiplicium ferrarum dentibus ingerentes in plures, vno tractu brevi temporis ſpacio, tabulas partiuntur. Ibi quoque Chartariae ſunt, quae trabiū pluribus piſtillus, magno ſtrepitu linteorum fragmina tundunt, & in pultem conterunt: ex hac, candidiſſima & tenuiſſima chartarum pagina, in quibus omnis evi memoria permanet, facile ac feſtivo labore formantur.

Vide tabulam Bavariae.		Pruck	1	*Tranſcunda eſt ſylva Boemica.*	
Zeilam	1	Neunkirchen	1		
Regenſtauff	1	Retz	2	*Vide tabulam Boemiae.*	
Trachnſtain	1	o. Arnſtain	1	o. Taintz	4
Nitnavv	1	o. VValdmunchen	1	Klodko	2
				o. Pilſen	

o. Pilſen	2	Zervvitz	1 ¾	Beraum	2
Rockezan	2	Schebrak	1 ½	o. Prag	3
					28

PRAGA vulgò Prag/Regni Bohemiæ Metropolis vrbs ampliſſima ad ripā Muldaviæ fluminis, in amœniſſima & patentiſſima valle, inter colles & vineta, cælo ſaluberrimo ſita, in tres diviſa partes ſeu civitates eſt, nempè Pragā veterem, novā & parvā, quæ ſingulæ ſuā peculiarem habent iuriſdictionem, ſuumq́; proprium Senatū. Praga vetus, dexterum latus Muldaviæ occupans, in ipſa vallis planicie, vniverſa magnificis eſt adornata operibus, inter quæ pulchriora habentur Prætorium ſeu Senatoria domus cum turri: Leta curia, cum templo Deiparæ Virginis: Academia Caroli IV, cum alijs nōnullis collegijs: Emporium pannicidarū & pellionum: Curia vetus vulgò Rnchta: In turri prætoriana eſt inſigne horologium, cui par vix in toto orbe terrarū reperitur. A veteri Praga in minorem eſt pons ampliſſimus, ſupra Moldaviam è quadrato ſaxo cōſtructus, in ſedecim magnos Arcus ſeu fornices porrectus, habens in aditu & in exitu, duas inſignes turres pervias, quo pōte in tota Europa vix eſt celebrior alter, ſi robur ſpectes: Longitudo eſt 872. cubitorum Pragenſiū, latitudo quantum 4. currus iuxta ſe collocati occupare poſſent. In minori Praga eſt Arx S. VVenceslai, hodie Regio domicilium, palatio magnificentiſſimo, & templo B. Viti auguſtiſſimum conſpicuum.

o. Prandi	3	o. Niemitſch	3	o. Gorlitz	3
o. Iungen Buntzl	4	Gabel	2		22
Boleskavv	2	Sittavv	2		
o. VVeiſsvaſſer	2	Hirsfeld	1		

GORLITIVM vulgò Gorlitz/ nobiliſſimum ſuperioris Luſatiæ opidum, ædificiorum nitore atque frequentia clarū, murorum foſſarumq́; ambitu, ſitu montoſo, & Niſſæ fluminis propinquitate firmum, ex quo molitores, cerviſiarij, tinctores, alijq́; eius opidi cives, infinitas cōmoditates percipiūt. Eius tranſitus ponte ligneo tecto percomodè clauſo coniungitur. Præ cæteris autem, tam publicis, quam privatis ædificijs magno ſumptu perfectis, Eccleſia vni Deo, nomine D. Petri dicata, & civica domus præclara turri conſpicua, eminet. Oppidum ipſum prima fundatione conſtructū anno 1131. eius Annales perhibent. Funeſto verò deinde incendio anno partæ ſalutis 1331. immitis Vulcani feritate conſumptum, vt ne vnica quidem domus remanſerit. Poſt eam ruinam, anno ferè octavo, venuſte reparatum.

o. Buntzel	5	o. Frauſtat	4	o. Moſch	4
VVolffendorff	5	Storchneſt	4	o Poſna	4
o. Glogavv	3	o. Coſtyan	3		19
	13				

o. Kletz-

o. Kletzko	4	o. Crona	4	o. Schonec	2
o. Golan	3	o. Kyrſchavv	10	o. Dantzig	5
o. VVienczburg	4	o. Stargart	3		35

Iter VVratislaviam 88. mill. VVarzoviam 47. ſimul 135.

Vide tabulam Bohemiæ.		Scalitz	1	*Vide tabulam Poloniæ & Sileſiæ.*	
Dauſſin	3	Nahod	1		
Limpurg	3	Leſin	2	Frankenſtain	1 $\frac{1}{2}$
Meſtez	2	o. Reinhart	1	Nimitſch	2
o. Biſchovve	2	o. Gletz	3	o. Breſlavv	4
o. Iaromirs	4	VVarta	1 $\frac{1}{2}$		88

VVRATISLAVIA *vulgò* Breſlaw/ *Sileſiæ Metropolis ad Oderæ & Olanæ fluviorū confluentem ſita eſt. A VVratislao Bohemo condita, & ab eo ſic dicta. Parva huius vrbis initia fuiſſe anno Chriſti 965. ex eo evidens eſt, quod in Auſtrali ripa Oderæ tantū tres vel quatuor domus turritæ (quarū veſtigia adhuc ſuperſunt) in quibus haud dubie Duces Quadorum habitarunt, exſtiterunt. Si quis huius vrbis ſitum, ſplendorem ædificiorum turriū atq; templorum ſtructurā, atque convenientem platearū ordinem intueatur, item & ſoli circa vrbem fertilitatem, mercaturā & rerum abundantiam quæ circa vrbem naſcuntur. & ex diverſis orbis partibus in vrbem advehuntur conſideret, cum præcipuis eam Germaniæ vrbibus certare dixerit; paucas, aut nullas, ei præferendas cenſebit.*

Vide tabulam Poloniæ & Sileſiæ.		o. VVarta	4	Szachiſchovva	4
o. Olſs	4	Vnienovv	4	Blonie	4
o. Sziczon	3	o. Lancicia	4	o. VVarzovia	4
Kobelgura	4	Pyatek	2		47
Grabovv	3	Sobota	2		
		o. Lovvitz	5		

Iter Auguſta Friſingam 7. Landshutum 6. Paſſaviam 11½. Olmutium 33. Cracoviam 27. ſimul 84½.

Vide tabulam Bavariæ.		Zeydelbach	1	o. Freiſing	1
Fridberg	1	Inderſtorff	1		7
Par	$\frac{1}{2}$	Camervverg	$\frac{1}{2}$		
Hohncel	1	Crantzperg	1		

FRISINGA *olim Fruxinum, vulgò* Freiſing/ *civitas Epiſcopalis Bavariæ, cōdita putatur eo tempore, quando Romani per præfectos & provinciarū Præſides teneban*

tenebant & adminiſtrabant eam Bavariæ regionem, quæ à Danubij ripa tranſcurrit ad Alpes. Siquidem habet locus iſte elegantem & amœnum in colle ſitum, etiamſi vicinus ager, iuxta terra illius ingenium, aſper ſit. Præterfluit eã Moſacus amnis, qui haud procul hinc Iſeræ miſcetur. Scribit B. Rhenanus in Bibliotheca D. Corbiniani, ſe reperiſſe librũ inſignem Evangeliorũ Francicè, hoc eſt, Germanicè ſcriptum, ex coq; collegit, veteres Francos, qui tranſito Rheno nobile in Gallia regnum conſtituerunt, Germanica vſos fuiſſe lingua.

o. Moſsburg	3	Ehing	1 ½	o. Landshut	1 ½
					6

LANDSHVTVM vulgò Landshut/ *vrbs celeberrimæ & primariæ dignitatis in Bavariæ inferiore. Iſarus amnis, quemadmodũ amœnus, ita piſculentus & rapidusq;, magnificã hãc vrbem præterlabitur, magno incolarũ cõmodo & ornamẽto. Vrbs Landshutũ condita anno partæ ſalutis 1208. à Ludovico Duce Bavariæ. Alij arcem illic à Ludovico Ottonis filio, ſalutis anno 1178. auſpicatã referunt, & anno 1200. vrbem hanc muro inveſtitã fuiſſe. Eius ager, non ſolum magna varietate Pomonæ, & præſtantiſſimo Liberi patris liquore, & beata Cereris fruge, ſed & pinguiſſimo ac vberrimo Palis munere luxuriat. Vrbs ipſa ædificijs admodu venuſtis & elegantibus nitet, inter quæ principem locum obtinet, ſumma vrbis Eccleſia, quæ artificioſa ſtructura, & vivo ex lapide viſenda, imo ſtupendæ altitudinis turri conſpicua eſt. Magnificum quoq; in inferiore vrbis parte videtur Alberti Ducis Palatium, Novum vulgò ædificium vocatum. Structura eſt elegantiſſima, affabrè Italica architectura Symmetria ſcitè, ſubtiliterq; ad decus & ornamentũ vniverſæ vrbis excitatum. Ei plurimum ornamentum cõfert hortus, Gallicorũ hortulanorum inventione ac opera cõſitus, qui exoticis generoſiſſimarum arborum fructibus, herbis et ã peregrinis, plantis ac floribus ex Italia, Hiſpania, Gallia allatis, areolis labyrinthis, operibus topiarijs, florum ac fructuum varietate nitentibus, mira induſtria diſtinctus, conſpicitur. Sepimenta ſunt varijs ex arbuſculis contexta & reticulata, multis florum generibus, auleorum inſtar variè veſtita, rubentibus ſemperpomis, cotonicis, meſpilis, peregrinis fructibus gravia. Quinetiã artificioſiſſimis ſtatuarum, & pictararũ figuris, magna cum voluptate paſſim exornatus hic hortus cernitur. Nec odoru etiam ſuaviſſima fragrantia deeſt, quam paſſim abundantia Romanæ camillæ, Baſilicæ, Lauri, Mirti, Roſmarini, florum atq; roſarum & eiuſcemodi herbarũ ex ſe fundit natura. Incredibilis denique iſtius horti amœnitas, decor, elegantia adde etiam vtilitas, omnem orationis fidem excedere videtur.*

Troutnhauſen	3	Sameſch	1	o. co. Ortenburg	1 ½
o. Simpach	2	o. Allerſpach	2	o. Paſſavv	2
					11 ½

PASSAVIA vulgò *Paſſaw* / *vrbs eſt pulchra, epiſcopatu inſignis & mercimonijs opulenta. Paſſaviã appellant à tranſitu, vulgari Italico potius quã Latino vocabulo: quod vndequaq; propter trium fluviorum concurſum, merces ibi plurimæ tra:ſvehantur. Nam Oenus ex Alpibus à meridie profluens, & partem vrbis ſecans, Danubio ibidem miſcetur, ſicut ex altera ripa niger, quem & Ilicium vocant, à Septentrione proveniens ex Hercinij ſaltùs paludibus ac montibus: Hunc in fuſtis aquis ſuis, etiam vniones proferre tradunt. Quidam olim Pataviã dictam vrbem fuiſſe volunt, alij Boiodurum Ptolemæi putant eſſe. Viſu hic dignum eſt Divi Stephani ſummũ templum, marmoreis operibus pulcherrimum, magnificentiſſimeq; adornatum.*

Vide tabulam Bohemiæ.		*& tranſi montes.*		Puſoritz	½
Schlegel	4	Teltſch	1 ½	Habrovvain	¾
Haſſag	1 ½	Rotmaretitz	3 ½	o. VViſcha	¾
VVilbadyts	1 ½	Kirchoff	2	Prodeck	1
o. Krumlavv	3	VVoſlahan	2	Proſtnitz	1
Trzehon	2	o. Brin	2	Heliſchovv	¾
Czirolmitz	2 ½			Koen	½
Pardovvicz	1 ½		27	o. Olmutz	¼
Vide tabulam Moraviæ.		Obervvitz	½		
					33

OLMVCIVM vulgò *Olmütz* / *prius Volograderſis dicta Moraviæ eſt Metropolis & ſedes Epiſcopalis.*

Vide tabulam Moraviæ.		Strumen *germanicè*		o. Cracovv	5
Thenitz	1 ½	Schwartzwaſſer	2		
Leupnik	2 ½	Pſcizna *germanicè*			27
VVeiſkirch	1 ½	Pleß	2	*Aliud iter à Oczvvieczino*	
Nevv Titzen	2	Oczvvieczin	4	*Cracoviam vſq;.*	
Oſtrava	2 ½			Oczvvieczin vſq; m.20	
Vide tabulam Poloniæ.			20	Zathor	2
Freiſtat	2	Lipovviecz	2	o Cracavv	5
					27

Iter Auguſta Lintzium 32½. Viennam 30. Poſonium 10. Caſſoviam. 53. ſimul 125.

Vide tabulam Bavariæ.		Geiſelhauſen	1	Pfarkirchen	2
Landshutum vſque in itinere præcedenti milliaria	13	Biburg	1	Pirnpach	1 ½
		Gangkhoven	1	Kirckhaim	1
		o. Engelfelden	1 ½	Ruſtorff	1
				o. Scher-	

o. Scherding	1	Ontervvolza	3	Abſdorff	2
Tauffkirch	1	Syrmingſtain	4	Hauſleut	1
Sigharting	½	o. Ips	2	Stockeran	1
S.VVibolt		Pachlarn	2	o. Kornevvburch	1
o. Peurbach	1½	o. Melck	1	o. VVien	2
VVaiſenkirchen	1	Schonpuhel	½		30
Efferding	2	Ackſtain	½	*Aliud iter Kremſio Viennã.*	
Altenhoven	½	o. Spitz	1	Lintzio Kremſium vſq; mill.	22
Vide tabulam Auſtriæ.			19	Hohenburg	1
Peiſchling	½	VVeiſſenkirch	1	S. Iohan	1
o. Lintz	1½	Tirnſtain	1	Tulen	2
	32½	o. Stain		Kloſt. Neuburg	4
Spilberg	2	o. Krems	1		30
Mathauſen	3		22		

NEOPYRGVM *clauſtrale, vulgò* Kloſter Newburg, *ad radices Caſij montis, qui Noricos à Pannonijs diſtinguit ſitum, vina ſui nominis optima producit. Ea de cauſa nunc Calvũ nunc Caſiũ vocant: quod ſylvis caſis maiore ex parte ſit cultus vineis. Oppidum exiguũ, monaſterio peramplo, vetuſto, & principũ Auſtriæ donarijs locupleti celebre eſt. In montis cacumine caſtrum ingens antiquum, veluti ſpecula Danubio imminet, & longiſſimè viſum in Pannones & Noricum protendit: olim Principum ſedes, nunc deſertũ, ac patrum memoria machinis bellicis dirutum, cũ Vienna muniri cœpiſſet: ne videlicet hoſtes barbari, magnis ſape copijs regionem latè populabundi vaſtantes, locum munitiſſimũ velut propugnaculum ſibi occuparent.*

Nuſdorff	1	o. VVien	1
			32

Aliud iter Lintzio Viennam vſque cis Danubium.

Vide tabulam Auſtriæ.

Hochel	1	Ens	2

LAVREATVM *vulgò* Ens, *vrbs ampliſſima quondam & Romanorum colonia fuit, cognomine Aureliana Laureacenſis, legionum capax, manſioq; ſæpius Imperatorum. ſita eſt ad Danubij ripam in oſtio Anaſis, ex Alpibus in Danubium ici profluentis. Nunc verò ex eius vrbis, à Gothis & Hunnis non ſemel deletæ ruinis, remanſit exiguum oppidũ, ædificiorum tamen ſtructura pulchrum & elegans, quod nomen etiã mutavit, & à dicto fluvio nominatur Anaſus. Extra oppidum, non procul ab oſtio, quo in Danubium fluit Anaſis, in quodam colle fundamenta viſuntur antiqui (vt apparet)*

apparet) caſtri, & ingentia quadrata ſaxa in quibus templum ſummæ vetuſtatis, à Chriſtianis olim extructum, adhuc extat, ſed planè profanatum ac ruinoſum. Cuius parietibus inſerta ſunt quædam ſaxa, cum ſculpturis antiquis, è Romanorum ædificijs deſumpta. In ſtylis lapideis quadratis portæ templi, videtur chorus bachantium Satyrorum ac Nympharum, è quibus Satyrus vnus tybias, alijs ſubſilientibus inflat: Nymphæ his intermixtæ crotala pulſant, & trepudiant. Inter alia videtur item in ſaxo quadrato Europa tauro natanti inſidens, cuius cornu alterum ſiniſtra tenet, ſtolata ad pedes vſque, dextera præhendit velum, quod capiti eius luna corniculatæ quaſi forma circumvolitat. plurima eius generis monumenta inde avecta ſunt, & in alias civitates tranſlata.

Strenberg	3 ½	S. Poltin	3 ½	VVaring	2
o. Ips	3 ½	Tulbing	4	o. VVien	1
o. Pachlarn	1 ½	Maurbach im vvalt	1 ½		
Melck	1 ½				25

VIENNA *vulgò* Wien/*nomen, alij ab antiquo eius nomine Flaviana, alij à parvo fluvio, qui inter civitatis ſuburbia labitur, deducunt. Olim etiam Iuliobona & Vindibona vocata. Vrbs hoc tempore clariſſima, inexpugnabili murorũ ambitu, prææltis foßis, agere & vallo cingitur. Mœnia deinde ſpiſſa & ſublimia, frequentes turres, & propugnacula, ad bellum opportuna habent. Suburbia maxima ſunt & ambitioſa, ædes civium ampla area & picturis ornatæ, ſtructura ſolida & firma; altæ domorum facies magnificaq; viſuntur. Annona & potiſſimũ vini incredibilis copia hic eſt. Omniũ facultatum Vniverſitate, in qua honorum & Poeſeos conferuntur inſignia, nobilitatur.*

Syrming	1	VVartenberg	3	Landsberg	3
Eberſtorff	1	Nevvſtetle	3	Kiſtendorff	5
Viſchamind	2	Ritna	3	o. Leutſch	3
Altnburg	2	Caſtoltſche	3	Slank	3
o. Hannburg	1	Fegenitz	3	Eperies	3
VVottenburg	1	Pribitz	3	Vakra	3
o. Presburg	2	Randen	3	o. Kaſſcha	3
		Teutschenburg	6		
	10	Geib	3		53

Iter Auguſta Iaveram, vulgò Raab / *75⅓. Veſprinium 15½. Albam Regalem 3½. ſimul 94½. mill.*

Viennam vſque numerantur mill.	62 ⅓	o. Pruck	4	o. Raab	5
		o. Ovvar	4		75⅓

Daten

Daten	2	Leſeldt	2	Brynhida	2
Zyrak	3	Vſaulvv	1	o. Stulvveiſſenburg	$1\frac{1}{2}$
Papotz	2	o. VVeſprin	$1\frac{1}{2}$		$3\frac{1}{2}$
Kerzevv	2		$15\frac{1}{2}$		
o. Papa	2				

Iter Auguſta Monachum $8\frac{1}{2}$. *Saltzburgum* $17\frac{1}{2}$. *Gratzium* $34\frac{1}{2}$. *ſimul* $60\frac{1}{2}$. *mill.*

Vide tabulam Bavariæ.		o. Munchen	1	Pruck	3
Ormaring	2		$8\frac{1}{2}$	Bauchnſtain	$\frac{1}{2}$
Pacheren	$\frac{1}{2}$			Aubing	$1\frac{1}{2}$
Vogach	1			Paſing	$\frac{1}{2}$
Maiſach	$1\frac{1}{2}$	*Aliud iter.*		o. Munchen	1
Ending	$\frac{1}{2}$	Kiſling	$1\frac{1}{2}$		8
Mentzing	2	Mittelſeldt			

MONACHVM, *vulgò* München/ *ſitum eſt ad Iſarã in Danubium profluentem: extructum ab Henrico Duce Bavariæ anno 1462. ſub Ottone I. Imp. Nomen autem ſumpſiſſe fertur à Monacho, quod in extructione civitatis Monachi ſit inventum caput. Anno 1157. ab Ottone Bavariæ Duce muris cinctum eſt, poſtea à varijs vario modo fuit auctũ. Hoc tempore, hæc civitas reliquas Germaniæ amœnitate vincere dicitur: quare etiam digniſſimè habita eſt, vt Principis eſſet ſedes. Vrbis huius tam externus, quam internus ſitus, multis opportunitatibus eſt amœniſſimus: aere temperatiſſimo ſaluberrimus, inter Oenum & Lycum amnes: illum orientalem hunc occidentalem, vtrunq; vnius diei itinere diſtantem. Iſara medius interlabitur: ab oriente VVaſſerburgum, ab occidente Auguſtam, à Septen. Friſingam, à meridie verò cum pulcherrimos & diverſis piſcium delicatiſſimorum generibus abundantes lacus, tum varia quaſi de induſtria & arte ad amœnitatem conſita nemora habet paſſim circumquaq;, numeroſis diverſarũ ferarum, præcipuè verò cervorũ catervatim diſcurrentiũ gregibus referta. Montes Tyrolenſes, tanquã præ foribus, meridiem verſus aſpicit. Hortos ſoburbanos orienti Soli expoſitos, limpidiſſimi rivuli, ex amne deducti, murmure gratiſſimo præterlabentes rigant, mirificeq; recreant. Novis ipſius Ducis, iuxta novũ caſtrum hortus, præter artificioſum fontem, & domum æſtivam, pulcherrimis picturis ac ſtatuis ornatã, hoc ſingulare habet, quod vix vſpiam alibi reperire ſit, vt crepuſculo appetente veſpertino, magnus cervorũ grex, interdum centum aut plurium, ſub ipſas propemodum feneſtras ſponte accedat. Si in ipſam vrbem ingrediamur, videre eſt quam latæ, quam nitidæ plateæ: quam ſuperbis ſplendeſcant ædificijs, quantã deniq; vtilitatem, quantamq; voluptatẽ canales, ex Iſaræ alveo triplici divertigio introducti civibus adferant. Templa hic varia, ſed duo turribus altiſſimis præ cæteris eminent, quæ & parochiæ collegiatæ ſunt, D. Petri & Deiparæ Virginis, in quo Mauſoleum Bavariæ Ducum, vbi & Ludovi-*

cus IV. huius nominis Imp. ſepultus. Turres huius templi bina, columnarū inſtar eadem altitud. ad 333. pedes aſſurgunt. Organū eius templi maius, compactū eſt fiſtulis ligneis ex buxo tornatilibus, tanta quidem capacitatis, vt vix vſquiā tanta cōſpiciantur ex plūbo & ſtanno fuſiles. Inter ædificia nova, quibus vrbs indies magis illuſtratur, præcipuū eſt templum D. Michaeli Archangulo dicatum, vna cum integris, iiſq; ampliſſimis ædibus quibus ſchola coniuncta ſunt. Aliud ædificium novū, vt novo caſtro maiorem ſplendorem cōmoditatemq; adferat, iuxta interiorem hortum, quem variæ variarum elegantiarem delitiæ exornant, conſtructū, cui vicina Bibliotheca eſt 40. circiter millibus voluminium (quorum non exigua pars diverſarum linguarum manuſcripti ſunt) ſeorſum & ſcitiſſimè compactorum referta, theatro peramplo & amœno diſtincta. Infra verò hoc theatrum ſtatuarium eſt, antiquiſſimorum monumentorū atq; imaginum, quæ Roma & aliunde magno ære congeſta ſunt. Ditiſſimum, caſtro novo, per anfractum adhæret atrium, omni elegantiarum & delitiarū genere, quas vel natura, vel hominū ars, ſubtiles & ad miraculum ſtupendas dedit, inſtructum; in quod quotieſcunq; quis vel curioſiſſimus ingrediatur, quod admiretur invenit: vſque adeò vaga ibi rerū ſuppellex, atq; varietas conſpicitur. In curia Ducali veteri, aluntur tygrides, vrſi, lynces, leones, quorū fœmellæ catulos frequenter pariunt: Fontem Princeps Ferdinandus ad maiorem vrbis amœnitatem publicè voluptati, ante Palatium ſuū, canalibus eduxit, quem, aneæ magni artificij ſtatuæ, quatuor elementa referētes, & exilientis, & galeatum criſtatumq; equitem portantis equi ſimulacrum circumſtans, exornat. Artificia quæ apud alias gentes in vſu & pretio ſunt, hic introducūtur, vt inſtituta nuper vitriaria & textura boloſerica. Forū nobilitatur inprimis vini advectitij, ſalis, & rei frumentariæ mercatu. Conficiuntur autem hic merces plurimæ, quæ in diverſas provincias exportantur. Populi frequentia tanta eſt, vt 18000. familiarū recenſeantur, nec omnes recipi queant, quin in horreis multi & in angulis habitare coguntur, vt 4. aut 5. nonnunquā reperiantur familiæ, quibus vnum tantū hypocauſtum ſuppetat. celebriorem hanc vrbem & frequentiorem facit, quod ex diverſis vndique nationibus, diverſi huc nobiles & artifices, benignitate Principis illecti confluunt. Multi hic Comites, multi Barones, & maiorum gentium nobiles hic agunt.

Truchtering	1	Obeng	2	Prothauſen	2
Zornalting	2	Altmarck	1	Liſering	$\frac{1}{2}$
Eberſperg	1	Perchtenſtain	1	o. Saltzburg	$\frac{1}{2}$
Pfeſſing	$1\frac{1}{2}$	VVaging	$2\frac{1}{2}$		
o. VVaſſerburg	$1\frac{1}{2}$	Pretting	1		$17\frac{1}{2}$

SALTZBVRGVM *vulgò* Saltzburg/*vrbs eſt nobilis antiquitate, & opulenta mercimonijs: eam olim Hadrianam dictam fuiſſe produnt Hiſtorici, fortaſſis à colonia eo deducta Hadriani Imp. auſpicijs, quem reſtitutorem Orbis terrarum provinciarum*

vinciarumq́,nummi veteres plures appellant,qui in eius honorem cuſi reperiuntur.Poſtea Iuvaniam,à vicino caſtro & flumine appellatam quoque fuiſſe teſtantur annales veteres,Archiepiſcoporum eius vrbis,& verſus antiqui in templo,qui leguntur exarati.

Tunc Hadriana vetus,quæ poſt Iuvania dicta
Præſidialis erat,Noricis,& Epiſcopo digna
Rudburti ſedes,qui fidem contulit illis
Chriſti:quam retinet,Saltzburgum ſero vocata.

Et meminerunt Iuvaniæ iteneraria Romana, inter Laureacum, & Oenipontem, hanc non ſemel locantes.Poſtea verò cum Iuvanij fluminis nomen, incertũ qua de cauſa mutaſſent incolæ,Saltzam lingua populari appellantes, à ſalinis fortè propinquis, tum & vrbis nomen mutari in Saltzburgum cœpit.In vrbe palatium eſt ampliſſimũ, Cæſarum ac Regum plurimorum hoſpitio nobile,cuius ædificiorum forma auguſta,cenacula, porticus,atria, Xyſtus,admodum ſpatioſi,tabulis pictis ac chorographicis,ornamentiſq́ſuis omnibus opulenter inſtructi,parietes acernis tabulis veſtiti,ſculptilibus parergis elegantibus conſpicui: tecta ac lacunaria auro & argento laqueata,picturis ſculpturiſq́ artificioſis diſtincta:cubicula,thoris,auleis & ſtragulis ex holoſerico atq́ omnigena precioſa ſupellectilis ſyntheſi adornatiſſima:horti amœniſſimi,fontium artificioſis ſcaturiginibus, & diligenti arborum herbarumq́ cultura ſpetioſi ſunt. Templum cathedrale D.Petri, ſtructura,operibuſq́ peramplum,& vetuſtate venerandũ eſt. Vltra flumen Arx, in eminentis montis ſpecula poſita eſt,ex qua tueri vrbem,& hoſtium inſultus procul arcere poſſunt.

Vide tabulam Auſtriæ.		Guyſſarn	1	Perneck	
S.Egidi	4	Ans Gries		Rottelſtain	1
Strobel am See	2	Kailvvang	1	Fronleiten	1
Am Lauffer	2	Mauteren	1	Ihlſpach	1
Auſſee	2	Kamer	1	Veyſtritz	1
Mitterdorff	2	Traſe	1	Gradvvyn	1
Enſpruck	½	S.Peter	1	Geſing	½
o. Roteman	2 ½	o. Leuben	1	o. Graetz	1
S.Lorentz		S.Dionys	1		
Trieben	1	Pruk an der Mur	2		34 ½

Iter Auguſta Oenipontem 23. Sterzingum 6. Prixinam 4. Pozzanum 6. Tridentum 7. ſimul 46. mill.

Vide tabulam Bavariæ.		Ronnakeſſel	1	VVurſavv	
Hieſta	1	Thenhauſen	1	Ambergẽ ſuperior	
Stadel Eremus	4	Schonga	2	o. Etal	2 ½
o. Landſperg	2	Raitnbach	1	Partenkirchen	1 ½

Tranſi montem.		Scherniz		*Tranſi montem.*
Mittenvvaldt	2	Seefeld	2	Czierl 1

Non procul hinc eſt loculus in ſublimi rupis pariete inciſus, & in eo poſita imago crucifixi Servatoris noſtri lignea, altitudinis vt ferunt, 40. circiter pedum, quæ ab imo cernentibus vix bipedalis apparet.

Hic, vbi ſectatus ter Maximus AEmilianus
Alta in rupe capras, finiſſet turpiter ævum
Ni Deus ad maiora virum ſervaſſet, opemq́;
Auxilio agricolæ penè ipſa in morte tuliſſet.

o. Inſpruck 2

23

ENIPONS *vulgò* Jnßpruck/ *vrbs Comitatus Tirollenſis Metropolis ad Eni fluminis dextram ripam ſita eſt. In ea Camera & Parlamentum eſt regionis & ſuperiorum regionum Auſtraicarum. Ibi Palatium eſt regio ſumptu ſplendide exornatum, quod multorum Cæſarum Auſtraicorum fuit domicilium: atria habet magnifica, cameras, porticus, ſacella, xyſtos ſupellectili regia, aulæis, picturis ornamentiſq́; omnibus inſtructiſſimos: Hortos artificioſis fontium ſcaturiginibus amœnos. Videris ibi eſt in ſpatioſo pulcherrimoq́; cœnaculo, generoſam illã Auſtraicam ſobolem, florentiſſimos ævi noſtri Principes in tabulis ad vivã effigiem, Titiani peritiſſimi pictoris ingenioſa manu coloribus imitatos. In eiuſdem Palatij armamentario, Ducales miniſtri, per ſpatioſa Tabulata, hoſpitibus monſtrant, armorũ telerumq́; omnis generis multiplicem copiã, exuvias, & hoſtium ſpolia inſignia. Perſicos acinaces, ſagaces (vt nunc etiam vocant) Scythicas, ſameteras Daricas, Sariſſas Macedonicas, Ithyreos arcus & ſagittas, necnon Pharetras, varijs picturis & coloribus ornatas. Sed inprimis ſpectatoribus placet, equeſtrium ſtatuarũ turma, barbarorum Principum & Ducum, veris armis ac ſpolijs opulentiſſimis inſtructa: Numidæ nimirum, Mauri, Parthi, Thraces, Theſſali, Pannones, cataphractiq́; Germani. Oen pontem etiam exornãt Collegium & Franciſcanorum cœnobiũ, cum templo pulcherrimo, quæ Ferdinandus Imp. è quadrato ſaxo, magnis impenſis conſtruxit. Præter alia templi ornamenta, inprimis conſpicuũ eſt, in eius medio intrãtibus, obvium Imp. Maximiliani primi monumentum, artificio, ſignis & marmorũ variorum precio, ſumptuoſum & auguſtum, quod avo, pij nepotes Carolus V. & Ferdinandus Augg. poſuere. Morantur advenarũ atq; intuentiũ oculos, artificioſa ſigna, imagines ac tabellæ, in lateribus monumenti, ex Pario marmore, in quibus eiuſdem Maximiliani Auguſti res pace belloq́; præclarè geſtæ, opere ſculptili pulcherrimè repræſentantur. Circumſtant ab vtroq; monumenti latere, per intercolumnia templi, veterum Auſtriæ domus heroum humana ſtatura maiores, imo decempedales æneæ ſtatuæ, ad vivum, in habitu atque armatura antiqua, pro more cuiuſq́; ſeculi cum titulis & elogijs ſuis, haud*

mediocrem

mediocrem maieſtatem præ ſe ferentes. Non procul ab vrbe Oeniponte Mulbachium, in Oeni inſula ſe offert, vbi Armentariū Archiducum eſt, in quo monſtrantur machinæ bellicæ, & æneatormenta vaſtæ magnitudinis, ac ponderis ingentis; quibus propugnacula, muri & turres expugnantur, vrbes evertuntur: Videntur ibi ferrariæ officinæ, in quibus thoraces, galeæ, clypei, ocreæ, & ferrea indumenta quævis cuduntur poliunturq́; nec nō in quibus ferreæ fiſtulæ formantur ac terebrantur, per quas plumbei globi, pulvere ſulphureo, prius iniecto, ſumma vi torquētur in hoſtes, equi, homines cataphracti, facilè proſternuntur lethali vulnere. Vicina eſt ibi villa Ferdinādi Archiducis ſuburbana, quæ cum triplicibus antiquorū Romanorum villis, opulentia & magnitudine certare poteſt, poſita eſt in clivo, ſub montiū iugis altiſſimis, in Oeni valle occupat perampla latifundia: Etenim, præter ruſticas & fructuarias ſuas ſtationes habet in colle poſitum Pallatij inſtar Pretorium, vt veteres appellabant, villamve pulcherrimā, elegantia ſtructuræ ſitus amœnitate, picturis, regiaq́; ſuppellectilis nitore prorſus vrbanam, quam idem Princeps exſtrui curavit, ſibi aulicaq́; vniverſæ coborti ſuæ, ad æſtivandum cōmodiſſimā. Oſtenduntur etiam in clivis ac vallibus ſtagna, piſcinæ, lacus, & vivaria nobilium piſcium, illinc vineæ, pomaria, ſylvæ, leporaria, ſaltus, & ferarum vivaria. In prætorio illo viſuntur elegantes apparatus atria, porticus & triclinia, aulæis, ſignis & tabulis pictis ornatiſſima: In aula perampla, Comitum Tirolenſium, ab initio ad noſtra vſque tempora ſucceſſio, cum elogijs rerum geſtarum cuiuſq́; Principis. Ibi gynæceum, cubiculis varijs pulcherrimè diſtinctum: horti penſiles, & aviaria æneis retibus concluſa; Item Armamentarium in ſuperiore tabulato ſpatioſiſſimum, in quo tanta vis armorum atque telorū omnis generis congeſta, vt ex eodem, velut ex equo Troiano, cohortes aliquot, armatura plena inſtructæ, brevi ſpatio poſſint erumpere. Caſtro vicina ſunt loca pulcherrima, Paradromus, equeſtre ſtadium, ſphæriſterium, & alia ſepta, in quibus iuventus nobilis ſolet exercitari: Item horti excultiſſimi, vbi viſuntur paradiſi, labyrinthi & Nympharum diverſa ſacella, fontibus artificioſis irrigua, quorū ſcaturigenes multas, varijs in locis abūdè ſuppeditant torrentes, è vicinis montibus per ſubterraneos rivulos ducti. Sunt ibi hypæthræ & ſubdiales cenationes topiarijs pulcherrimis veſtitæ inprimis placet ſpectantibus vna rotunda, ad radicem vicini montis, in cuius medio menſam acernam rotundā, cum convivis aſſidentibus, aquariæ rotæ, ſub cenatione laborantes, vel leniter vel raptim circumagere, & convivas, ſi ita placeret, vertigine inebriare poſſent.

Matran	2	*nei vulgò* Brenner *ſaltus, & ſcopuli, cui nive tincta coma eſt, glacie riget aſpera barba.*	Goſſenſas	2
o Steinach	½		o. Stercingen	½
Lug	1			6
Tranſcendendi vaſti Pyre-				

STERCINGA *vulgò* Stertzingen/ *nonnullis Stiriacum vocatū, opidum argentifodinis celebre eſt, non minus quam Suacium in Oeni valle.*

Beiſſer	2	*& ſalebroſas Alpium cautes.*		o. Brixen	2
Contendendum per ſaltus					4

BRIXINA *vulgò* Brixen/ *in Comitatu Tirollenſi ſita eſt, vbi Rientius ignobilis fluvius in Iſaram influit, qui deinde auctior factus, alveo ſaxoſo & inæquali ad Bolzanum in Atheſim exoneratur. Eſt autem Brixina aëris temperie totius regionis præſtantiſſima: vt quæ in vmbelico fere Comitatus ſita, nec Italici cœli æſtivo caumate aduratur, nec hyberno frigore, à ſummis Alpibus imminenti obrigeſcat. Aquarum verò fontiumq́; ſumma eſt ſalubritas, ex quibus ille, qui vulgò Virgineus vocatur merito nominatiſſimus habetur, Ager Brixinēſis altiſſimis vndiq; mōtibus cingitur, eſtq́; autumnaliū præſtantiſſimorū, aliarumq́; frugū viniq́; adprime ferax; verum cum albū ſit mediocre, rubro eſt tanta præſtantia, vt ad remotiſſima loca, ingenti ſane pretio vehatur, viniſq́; fere principum menſis, ad eximium conviviorum decus, reſervetur. Cathedralem Eccleſiā habet Brixina valdè inſignem, vnamq́; collegiatam, Epiſcopalem verò ſedem antiquiſſimam. Epiſcopus ipſe vtriuſq́; poteſtatis, tam ſecularis, quam ſpiritualis, ius habet, eſtq́; imperij Princeps.*

Cluſe	2	Artzvvang	1	o. Boczen	1
Kolman	1	Blumavv	1		6

BOZZANVM *vulgò* Boczen/ *municipium eſt perlautū ac opulentum emporio. Nam ſtatis anni temporibus, celebrantur ibi nundinæ ob loci opportunitatem, quibus eo confluunt mercatores ex Italia, Gallijs Germania & Illyrico. Itali mutata nonnihil voce Bolſanum nunc appellant.*

Nevvmarckt	3	S. Michiel	1	o. Trent	1
Salurn	1	Neves	1		7

TRIDENTVM *vrbs Rhetiæ primæ, à Gallis, condita intra montes, in profundiſſima valle ad ripā Atheſis, ſpatio non magna ſed pulchra eſt, ab Italis & Germanis mixtim habitata, domos habet humiles. ab Cardinale Madrucio, eius loci Epiſcopo ampliſſimo regitur, ſub imperio Romano, ad Germaniā & Comitatum Tyrolenſem adhuc ſpectans. Arx in ea pulcherrima à Bernhardo Cleſio Cardinale ad ornatum magis & ſplendorem, quā ad tuendā vrbem ædificata, in qua varia conclavia ſunt. cōiectura eſt à tribus torrentibus, ex propinquis montiū iugis, prope vrbem cadentibus, Tridentum quaſi Torrentum vocatā fuiſſe: Alij exiſtimant à tribus dentibus appellatū, quia inter tria montium cacumina poſitum ſit. Sunt qui diſputāt à Tridente illi nomen datum fuiſſe, quod ea civitas à principio dicata fuerit Neptuno, quem Tridente vſum fuiſſe, fabulata eſt antiquitas.*

Iter

Iter Auguſta Campidoniam vulgò Kempten *13. Veldkirchum 8½. Churiam 5½. ſimul 27. mill.*

Kauffbeuren	8	o. Kempten	5
			13

CAMPIDONIA *vulgò* Kempten/*pervetuſtum Germaniæ opidum ante Chriſtum natum, dicebatur Vermeta, deinde Trettica. habuit etiam vetuſtum caſtrũ montanum Hyllamont appellatum, quod olim inhabitarunt quidem Duces Sueviæ id nunc dirutum, vocaturq́; Burghalden: Præruptus eſt collis, mœnijs civitatis incluſus, cuius ſummitas magnã habet planciem, quæ aliquot fortalitijs eſt munita, patetq́ue inde liber proſpectus in omnem regionem: Ylerus piſcoſus fluvius, alluit radicem huius collis, atq; mœnia civitatis. Opidũ Campidonenſe imperio ſubditũ eſt, ſatisq́; munitũ habẽs populũ bellicoſum, paranturq́; ibi cultri optimi, multa tela, albi & cerulei coloris.*

Lantrach	2 ¼	Veldkirch	1	o. Meienfeld	¾
Marſtetten	½		8 ½	Zizers	1
Kromburg	½	Trys	1	o. Chur	1
Bregentz	2	Baltzers	2		5 ¾
Nevvburg	2	Auff der Steig			

Aliud iter Memmingiacum 8. Lindaviam 8. inde Churiam 10. ſimul 26.

Bobingen	1	Angelberg	1	o. Memmingen	1 ½
Symmach	2	Mindelhaim	1		8
Vide tabulã Ducatus VVirtenbergenſis.		VVeſterhaim	1 ½		

MEMMINGIACUM *vulgò* Memmingen/*civitas Algaviæ eſt, eius charta per vniverſam Germaniam valde eſt celebris.*

Levvkirch	3	VVangen	2	o. Lindavv	2
Vide tabulam Helvetiæ.		Nevv Ravenſpurg	1		8

LINDAVIA, *ſeu Lindoia opidum Imperiale ſitum in Inſula Acronij lacus, aquis vndiq; & fluctibus circumdatum, nulla ſui parte continentem tangit, niſi vbi lapideo ponte, qui 290. paſſus in longitudine habet, terræ annectitur. Locus eſt admodum amœnus & ſalubris, ventis omnibus pervius: aquam fontanam & vivã, agrum circumcirca fertilem, necnon omnia quæ ad victum pertinent, facilè cõparatu, habens. Aedificijs ſatis ſplendidis ornata eſt Lindavia, nulli non negotiatorum generi oportuna*

tuna exiſtens, natura firmum, adverſus inopinatus hoſtium incurſiones tutum: in eius Occidentali latere, haud minore ambitu, magna vinearum copia colitur: & ſpatium illud mœnijs & foſſa, duabuſq; tum portis tum ſublicijs pontibus, ab oppido diſcretum, inſulæ nomen ab antiquo etiam apud vulgus obtinet: in eo hodie piſcatores ſolũ, naviumq; architectones, cum paucis aliquot textoribus habitant. De eius opidi origine, aut primis incolis, hiſtoriarum penuria, nihil exacti haberi poteſt. Coniectura tamen, ex Strabonis geographia colligitur, Romanos ſub tempore Octaviani Auguſti, inſulam hanc poſt devictos Rhetos occupaſſe, præſidio propugnaculoq; ſibi & ſuis contra Vindelicios communiſſe. Extat enim adhuc fortiſſima vetuſtiſſimaq; ac ſemidiruta turris, ex quadrato ſilice, à dextris mox pedeſtri itinere opidum ingredienti, conſtructa, vulgò Die Heyden Mawr/*murus Gentilium dicta, quæ teſtatur, Tiberij Neronis vitrici, ſui legati, & non Barbarorum induſtria, opus illud exædificatum.*

Naviga vſque ad		Trys	1	Zizers	1
Fuſiach	1	Baltzers	2	o. Chur	1
o. Zum bavvren	$\frac{1}{2}$	Auff der ſtaig			
Veldkirch	3	Meyenfeld	$\frac{1}{3}$		10
eſt principum Auſtraicorũ.		*Griſonibus ſubijcitur.*			

Iter Auguſta S. Gallum quovſque numerantur mill. 18. inde Sedunum 18½. ſimul 36½. mill.

Lindaviam vſq; numerantur mill.	16	Rheineck	1 $\frac{1}{2}$
		o. S. Gall.	$\frac{1}{2}$
			18

S. GALLI *vulgò S. Gall opidum primum fuit nobilium & ignobilium ſchola, ex qua multi docti viri prodierunt, vt etiam aliquando ſeſquicentum ſtudioſi & fratres illic fuerint enutriti, nulla alia cura diſtracti, quam vt literarum ſtudio & ingenioſioribus artificijs, quæ nobiles decent, animum intenderent. Situs monaſterij eſt intra mœnia opidi, habetq; paucas domos incluſas, atque hortos duos, reliqua planities, quæ diu noctuq; abſq; macerit patent, ſunt civitatis, omniaq; includuntur muro & turribus civitatis. Intra circum monaſterij, patet locus immunitatis ijs, qui nõ capitaliter prævaricãtur, maleficium verò, ſeu crimen capitale, per civitatis iudicem punitur, ſi ſit notorium &c. Iacet Sangallum iuxta & partim intra montes, in fundo agreſti, ſed habet proſpectum amœnũ, aërem ſalubrem, atq; aquã optimã, prædia deniq; mediocriter bona. Eſt populo dives, & civili ordine compoſita: Operantur cives in ea variã lini texturã, habentq; viros ingenioſos, & mercatores, varias callentes linguas, quorum negociatio extenditur ferè in totum Chriſtianitatis orbem, non ſine magno commoditate adiacentium terrarum & populorum. Habent interim negociatores ſuum lucrum,*

erum, ſed non ſine periculo, quod vicini, qui ſuos labores eis cum emolumento vendunt, non exſpectant. Vita neceſſaria opidum commodè habere poteſt, à vicinis terris, puta piſces, carnes, lacticinia & reliqua. Frumentum petit à regione Podamicum attingente lacum, ad quem iter eſt trium horarum.

Heriſovv	½	Sillenen	1	o. Nater	1
VVatvveil	1	Geſtinum	½	Raren	1 ½
Iberg	½	Vrſeren	1	Salget	1
Hurenli	½	Hoſpital	½	Gradetſch	1
Fiſchenthal	½	*Tranſcende montem S. Gothardi.*		S.Lenhart	¼
VVeſen	1			o. Sitten	¼
Nevele	½	Goms	2		
Glarus	½	Borgo	1		18 ½
o. Altorff	2	o. Arnen	½		

SEDVNVM *primarium Valeſiæ opidum arte & natura munitũ, biſido monte ab Oriente ceu propugnaculis defenſum, arcibus binis & Cathedrali Eccleſia illuſtre. Incolæ vtriuſq; linguæ, ob Gallicarũ & Germanicarum orarum confinia calentiſſimi. Quam fertilem agrum habeãt dici nequit. Nobilius vinum, & meliorem panem, non licet circunquaque invenire. Habet hortos & pomaria, atque prata valde bona. Apes recondunt apud eos mel in tanta copia, vt per integrum annum illis ſuppetat mel ex alvearijs. Abundat quoque regio illa, præſertim circa Sedunum, valdè precioſis caſeis, habet & optimos piſces in Rhodano, maximè Truttas, eaſq; tanta magnitudine & pondere, vt adæquentur interdum 30. libris vulgaribus. Parant quoq; multas ſalitas & exiccatas carnes, præſertim à pinguioribus ovibus caſtratis arietibus. Non fumo indurant carnes, ſed ſalitas exiccant in aëre, & poſtea reponunt in ſtramine. Delectantur huiuſmodi carnibus ovillis magis quam ijs quæ fumo macerantur. In præcipitijs verò altiſſimorũ montium, venationem habent copioſam Ibicum, Capricornorũ, murium Alpinorum, nobiliſſimarũ aviũ, puta Phâſianorũ, Gallorũ ſylveſtriũ, Pancolarũ, Perdicum: item Vulturum, Fulicarũ &c. Habent autem omnes Alpes cõmune, cũ Valeſianis hanc Venationem ferarum & avium.*

Iter Auguſta Suiciam vulgò Schwitz/*quovſq; numerantur mill. 24 ½.*

S. Gallum vſq; numerantur mill.	18	VVeſen in itinere S. Gallo verſus Sedunũ	4	o. Schvvitz	2 ½
					24 ½

SVICIA *opidum, vniverſæ Helvetiæ nomen cõmunicat, nam ab ijs primum ædificatum eſt, qui novis quærendis ſedibus, ex Suecia regno huc profugirant. Ex tribus pagis eſt vnus, qui contra nobilium inſolentiam fœdere coniuncti fuerunt. robuſtos*

buſtos belloq́ꝫ potentes homines edit, qui frequenter hoſtibus incuſſerunt terrorem. Ex ijs rebus, quæ terra compaſcua ex ſe fundit, ferè omnes vitam ſuſtentant. Ab hoc opido ſive pago, exteri Helvetios Suitzeros nuncupant, vel quod primo pro libertate, in ipſorũ agro pugnatum ſit: vel quia diutiſſimè cum Eremitanis contenderunt, & primi omniũ ex pagis tribus, Auſtriorum irruptioni expoſiti fuerunt, & inter tres pagos maxima eorum fuerit potentia, nomine eorum vt celebriori, reliqui etiam pagi ſunt cõprehenſi, & ab his deinde nomen, ad omnes confœderatos diminavit.

Iter Auguſta Conſtantiam 18½. Tiguram 6½. Lucernam 3½. ſimul 28½.

Vide tabulã ducatus VVirtenbergenſis.		VVurtzach	3	Merſpurg	1
Memmingiacum vſq; numerantur mill.	8	Ravenſpurg	3	o. Coſtentz	1
		Vide tabulam Helvetiæ.			
		Marcdorff	2½		18½

CONSTANTIA *vulgò* Coſtentz/ *ad effluentẽ ex Acronio lacu Rhenũ, & Veneto ſe immergentem ſita, à caſtris Conſtantijs originem habet, quæ Conſtantius illic exædificavit, pro militũ præſidijs, adverſus Alemanorũ incurſiones excubãtium, vnde conijcere licet, limitem illũ Rhetiæ & Alemanniæ, non ita procul abfuiſſe à Conſtantia, quæ non admodum magna ſed pulchra & amœna. Lacus omniũ eſt amœniſſimus, multaq́ꝫ caſtella & vicos vndiquaque per ripas habet, aqua nitida, fundo glarioſio & perſpicuo. Piſces fert varios quidem & multiplices, ſed pro tanta aquarũ magnitudine non admodũ copioſos. Viginti millia paſſuũ in longitudine patet, hoc eſt, 5. aut 6. milliarib. Germanicis. Rhenus eum duos facit lacus Venetũ & Acroniũ, vt veteres appellavorunt, inter quos Conſtantia ſita. Hi nunc à loco & dominijs ſortiti nomina: ſuperior Conſtantienſis & à caſtro vt putant, atque eius loci domino de Podmen, Podamicus lacus dictus. Inferior ab opido dicto Cella Rudolphi, Cellacenſis denominatur. In infima lacus ſuperioris parte Conſtantia eſt ſita. Eſt hodie omniũ in Acronij & Veneti littore conditarũ civitatum florentiſſima, diviſa in duo hominũ genera. Alij ſunt equeſtris generis, alij plebei, hi mercaturis & officinis intendunt. Equites veteribus patrimonijs contenti, reditibus aluntur & equeſtrem dignitatem obſervant. Si quis plebeius ditior factus ad equeſtrem ordinem pervenire tentaret, ei nullo modo licere putant. Gubernatio tamen Reipub. cõmunis eſt plebeis & nobilibus. Fundus circumcivitatem, omniũ rerum eſt ferax vini frumenti, pomorum, pabuli.*

VVinfelden	1	Thoſs	½	o. Zurch	1
o. Frovvenfeldt	1	Britten	½		
o. VVinterthur	1½	VValliſellen	1		6½

TIGVRVM *proximis aliquot ſeculis Turegum dictum, vulgò* Zürch/ *Helvetiæ vetuſtiſſima eſt vrbs, ſita in amœno loco, ad exitũ lacus magni, qui hic deſinit, excluditq́ꝫ*

cluditq́; annem Lindmagā vulgò Limmat *dictum, quem haud procul à Glarona recipit, & dividit vrbem in duas civitates, maiorem & minorem, quæ tamen tribus coniungitur amœnis pontibus, in quibus frequentes civium fiunt deambulationes. Solum per circuitū civitatis eſt valde fœcundum, feraxq́; vini & frumenti plurimi. Vinum tamen plerumq́; eſt ſubacerbū, nec poteſt ob vicinas alpes ad perfectā pervenire maturitatem, matureſcit tamen, ſeu potius miteſcit à ſua auſteritate poſt aliquot annos, in penuario conſervatū: Extenditur mons ad orientem civitatis & lacus, ferè ad tria miliaria, perpetuis conſitus vitibus. Eſt quoque in civitate ampliſſimū frumenti forū, quod vndiq; advectū & diſtractum, per lacum Tigurinenſem, ducitur ad loca Helvetiorū ſuperiora, præſertim ad Glaronā. Quin & ex eo lacu in aliū tranſportatū lacū, quem vulgò VValſtettenſem lacum vocant, qui longitudine duorum miliariorū Germanicorū, inter altiſſimā & præcipites rupes & montes patet, tranſvehitur ad Churiā & Griſones ipſos, itinere 10. aut 12. milliariorū. Eſt autem forā illud hebdomadariū. Quam bonis piſcibus abundet lacus Tigurinus præſertim aſſatilibus, noverunt hi, qui in hac vrbe fuerunt. Quando verò & à quo, prima huius vrbis iacta ſint fundamenta non conſtat. Maior Eccleſia Canonicorū fuit fundata ante tempora Caroli Magni. Deinde idem Carolus auxit fundatione illā circa annū Chriſti 810. vocaturq́; Eccleſia præpoſituræ SS. Felicis & Regulæ. Anno Chriſti 853. Ludovicus rex Germaniæ nepos Caroli Magni, fundavit Abbatiā dominarū, quæ vulgò vocatur* Frawen Münſter/ *ex patrimonio Ruperti Ducis Allemaniæ, quod ille deſignaverat, & tradiderat Regi Ludovico, etiamſi idem Ludovicus ex ſuis bonis nonnihil quoque contribuerit. Prima Abbatiſſa vocata fuit Hildegardis, filia iam dicti Ludovici.*

Kilberg	½	Steinhauſen	½	o. Lucern	½
o. Cappei	1	Rot	1		
					5 ½

LVCERNA *vulgò* Lucern/ *ſita eſt ad fluviū Rufam, quæ is effluit ex laco amplo, & per quē ad tres pagos navigatur, ad pedem altiſſimi montes, quem fractū mōtem & Pilati montem vulgò nominant. Locus vrbi commodus eſt, quod hac iter ſit, in Italiā, per Alpes Lepontias, quem montem Gothardi hodie nuncupant: hinc merces ad Alpes ſubvehūtur, indeq́; in Italiam clitellariis iumentis: & viciſſim Italiæ merces, per lacū & Rufam fluvium in Rhenum, ac porrò in Oceanum deſcendunt. Origo vrbis incerta eſt. Vtrinq; ad flumen extitiſſe caſtella ſingula traditur (hodie ſunt civiū ædes) quæ ab Alemanis, extructa creduntur. Vrbs nomen accepiſſe videtur à Lucerna, quæ fortè illic noctu in vſum navigantiū ponebatur, atque huic rei credibile eſt, inſerviiſſe turrim illam vetuſtā quæ ad ſuperiorem pontem, hodie ab aquis nomen habet: Pharos antiqui turres huius generis appellaverūt. Tradunt annales domeſtici, Lucernates, Carolo Magno adverſus Saracenos militaſſe, & ab eo, cum privilegio quædam conſequutos, tum cornuum vſum, quibus adhuc claſſicum tempori belli canunt.*

Iter Auguſta Schaphuſiam quovſque numerantur mill. 22$\frac{1}{2}$. inde Bernam 13$\frac{1}{2}$. Freyburgum 2. Genevam 21. ſimul 55.

Conſtantiam vſque numerantur	18 $\frac{1}{2}$	Stecburen	$\frac{3}{4}$	o.Schaffhauſen	1
Ermatingen	$\frac{3}{4}$	o.Stain	1		
		o.Dieſſenhofen	1		22 $\frac{1}{2}$

SCAPHVSIA *vulgò* Schaff *ſive* Schaffhauſen/ *à navium ſtatione, quod nulla omnino vltra Schaphuſam, ob atrocem ſpumantemq́; cataractū, 75. pedes altam, deſcendere poterant: quare omnes naves, quæ ex acronio & Veneto lacu, ſecundo Rheno deſcendunt, neceſſe eſt Scaphuſiæ exonerari. Oppidū eſt ad dexterū Rheni latus elegantiſſimum: tertio Rheni ponte Helvetiorum terræ coniungitur: rebus omnibus neceſſarijs, & limpidiſſimis abundat fontibus. Ampliſſimū Benedictorū cœnobium Anno domini 1052. fundatum, huius opidi magnificentiæ occaſionem dediſſe dicitur.*

o. Keiſerſtul	2	o. Lentzburg	1	Burgdorff	3
o. Baden	1 $\frac{1}{2}$	o. Aravv	1	o. Bern	2
o. Mellingen	$\frac{1}{2}$	Arburg	1		12

Aliud iter Badena Bernam vſque.

Badenam vſque ſunt mill.	3 $\frac{1}{2}$	Otten	2	Rietvviel	2
		Murgental	3	o. Bern	3
					13 $\frac{1}{2}$

VRSINA *civitas vulgò* Bern/ *ſi annos numeres non admodum vetus eſt. ſi ſitum & cultum: ſi mores & civilitatem: ſi leges & inſtituta: ſi potentiā ac virtutem agnoſcas, nulli vrbium cedit. Eam Bartholdus Dux Zeringenſis quintus eius nominis conſtruxit, & ab Vrſo, in venatione capto, denominavit. Huius civitatis ſitus eſt peninſula, quam facit Arola amnis navigabilis: ſolū habet omnium rerum, præterquam viniferax: Tres item plateas ab Oriente in Occidentem decenti ordine perpetuas. quia hæc vrbs, ab Vrſo nomē accepit, ſolet perpetuo aliquot Vrſos nutrire. Hanc autem vrbem primus eius conditor Bartholdus, nobilitati offenſus, cuius fraudibus filij ipſius necati erant, Imperio Romano attribuit, libertateq́; donavit. Quam eius voluntatem Fridericus II. Imperator, ratam habuit, & ab obitu Zeringij, anno 1218. nomine Imperij, vrbi præfectum dedit, Othonem Ravenſpurgium: ſed aliquot annis poſt, propter fortem & fidelem operam, quam cives eius vrbis Imperatori navarant, maioribus privilegijs & immunitatibus ab ipſo donati ſunt, & à iure præfecti exempti. Cæterum in illis turbis & Anarchia Imperij, Kyburgius Comes, Burgdorffij dominus, libertatem vrbis opprimere conatus eſt, coniuncta ſibi nobilitate & Freyburgo opido. Bernates aūt vt adverſarijs pares eſſent, ſeſe in clientelam Sabaudiæ Comitis dederunt. Hic conatus*

Kyburij

Kyburgij repreſſit, & pace parta, mœnia vrbis ampliavit. Bello deinde inter Sabaudũ & Burgundum orto Bernatibus Sabaudus pollicetur, ſi ſtrenuè auxilium ferant, ſe, re bene geſta premium quodcunq; petierint, daturum. Illi igitur fortiter pugnantes, victo hoſte, premij loco, veterem ſuam libertatem, à Sabaudo repetiere, idq; illis bona fide, ab eo præſtitum eſt: fœdus tamen & amicitiam ab eo tempore perpetuo cum Sabaudo coluere; Vrbs libertati reſtituta, antequam in fœdus Helvetiorum veniret, varia & difficilia bella geſſit, cum pro libertate tuenda, tum pro finibus ampliandis. Quæ omnia Ioſias Simlerus, lib. 1. eruditiſſimè conſcribit.

o. Freyburg 2

FREYBVRGENSIS *vulgò* Freyburg *civitas, apud Nuitones vulgò* Nuchtlandt *ſita, qui terra tractus hodiè* Vchtlandt *appellatur, à Bertholdo Principe Zeringenſi quarto, ædificata mirabilem ſitum obtinet: partim enim impoſita eſt monti, præcipitibus petris ſuffulto, partim iacet in valle, acclivis montibus clauſa, circũfluitq; montem in imo, per deſidentem civitatem, amnis Sana, mediocris magnitudinis. Prætorium ſitum eſt in præcipite rupe, vbi olim arx fuit, à qua temporũ ſucceſſu crevit civitas ipſa, ſupra & infra. Oppoſiti montes ſuſtentant mœnia, tametſi in Orientali mõte nulla ferè domus, præter munitiones exiſtant. Quocumq; pergis in civitate, eſt tibi vel aſcendendum vel deſcendendum. Profert terra omnia neceſſaria, præter vinum.*

o. Remond	3	o. Rolle	2	o. Geneve	1 $\frac{1}{2}$
o. Mouldon	4	o. Nyon	2		
o. Lauſan	4	o. Copet	2		21
o. Morgex	2	o. Verſois	$\frac{1}{3}$		

GENEVE *vulgò* Geneve/*ſita ad Lemanum lacum, ad Limites Helvetiæ, pontem habet ligneum vltra Rhodanum, qui civitatis vtraſq; connectit partes.*

Iter Auguſta Baſileam 31.

Conſtantiam vſq; ſunt		Tungren		o. Rinfelden	1
mill.	18 $\frac{1}{2}$	Haubenſtain		Varmbach	
inde Schaffhuſen	4	Lutlingen		VVillen	1
Nevvkirch	1	o. Lauffenberg	1	Kreurzach	$\frac{1}{2}$
Tiringen		o. Sekingen	1	o. Baſel	$\frac{1}{2}$
Burtvvil		Steyn	$\frac{1}{2}$		
VValdshut	1 $\frac{1}{2}$	Mumpff	$\frac{1}{2}$		38

BASILEA, *vulgò* Baſel/*Rauracorum vrbs celeberrima, vtramq; Rheni ripam ponte coniungit, Maior in Gallico, civitas autem minor, in Germanico littore ſita eſt Nomen habere putatur à Traiectu quem lingua Romanenſis, hoc eſt Gallica*

lica Pas vocat. Et quia munimento opus habebat Traiectus adverſum Germanos, & mox Alemannos ideo duo propugnacula erexere Romani, quorum fundamentis, turres iſtas duas impoſitas creditur quæ hodie videntur, altera in capite pontis, altera paulo inferius, à ſale hodie nomen habens, quòd in ea aſſervatur. Poſt triumphabundam illam Alemannorum in Galliam migrationem, primũ domus vtrinq; ædificatæ ſunt naviculariorum & pandochiorum, initium futuræ duobus opidis. Mox verò locus frequentior fieri cœpit, vt etiam mercatores illic habitarent. Ea eſt Baſileæ viarum mundities, ac ædium in commune æqualis ordo, quarundam etiam magnificentia atque amœnitas, præſertim quibus à tergo viridarium eſt D. Petri, & Prædicatorum cœnobium, amplas areas & hortos elegantiſſimos habentibus, & quæ Rhenum aſpectant, vt etiam ijs, qui Italiam viderunt, placere poſſit, niſi quod hypocauſtorum vſus, multos offendit, eis non aſſuetos, & pandochiorum ſordes, id quod cum tota Germania commune habet. Cæli rara quædam ac grata temperies, cives humani. Templorum ſatis magnus numerus: Epiſcopale reparatum olim fuit à D. Henrico Auguſto, quum terræ motu concidiſſet. ſive, vt quidam volunt, poſt Vngaricam vaſtationem, multiſq; ab eo condecoratum (adeo ſemper Baſileæ bene voluerunt Henrici) ijs donarijs. Inter quæ eminet lamina illa aurea, ligneæ Tabulæ adhærens 7000. florenorum æſtima, qua ipſe privatim, in Larario ſuo, quum viveret vſus eſt. Prædicatores in ſuburbio D. Ioannis ampliſſimum poſſident cœnobium, ædificijs multis ac ſpacioſiſſimis hortis, præſertim autem Græca bibliotheca ſpectabile. Academia quod minus floreat, in cauſa eſt proventuũ tenuitas, & nimia Gymnaſiorum in Germania multitudo. Vrbs ipſa ab hinc annis plus minus ducentis ampliata eſt, & ſuburbia novo muro latiſſimè circundata. Huic vrbi magnum decus nec minus commodi, concilium tulit œcumenicum hic propemodum 18. annis celebratũ, illuſtrat etiam hodie Typographorum ſolertia ac diligentia. Quod ſi quis viridarium D. Petri cõtempletur tum amplum, tum ob arborum copiam elegantiſſimum, cuius pars olim Humandis Iudæis ſervijt: ſeu pontem duo opida coniungentem, & ad proſpectum in amnem accommodatum, facilè fatebitur etiam cum amœniſſimis vrbibus certare poſſe Baſileam. Si verò ſalubris cœli dotem expendat, proculdubio palmam dabit.

FINIS.

ANTVVERPIA, *vulgò* Antwerpen/ *Brabantiæ vrbs eſt, valdè magnifica, Emporiū longe celeberrimū. Sive eius antiquitas, aut limites,*
elegātia, ſive alia eiuſcemodi
es, qui huic dominati ſunt
dicendum & ſcribendū ſeſe
edit, ſi limes eius conſidera-
Cæſar in cōment. ſuis de bello
non alij poterunt eſſe Ambi-
Ambivaritarū longe paten-
dditione nomen accepit, &
icatum iſtud fuerit, licet hi-
ſatis conſtat: Fuit enim circa
r igne devaſtatum, & ante
tum. Fœliciſſimis autem au-
d ſæpius aucta, amplificata,
Accepit vero deinde iſtud
cceſſionibus novis inſigniter
ſervientibus abundat. Sunt
minarum totidem: Sacella
Godshuyſen *24. Porrò in-*
ſexus Ünotrophia, perpetuis
uarum vna pueri (qui otioſi
enutriuntur) ijs exercentur
a, puellarum inſtitutio, tan-
moribus animum imbuant,
& foris, inſtabilienda re fa-
ilico area ampla quadrata,
ſtylio & pulcherrimus colū-
curatè fornicatum vt non
, videndi ſenſum oblectan-
rerū & cōmerciorum cau-
ratoriæ ædes conſpiciuntur,
diſſitus cōportato tantis ſum-
ptibus, tantoq; artificio 4. annorum tempore conſtructa ſunt, vt materia operis formā, & forma materiā ipſam ſuperet. Taceo venuſtiſſimū frontiſpicium, in ſublime faſtigiū, per 5. ordines Architectonicos aſcendens, ac pro operis ſymmetria paulatim gracileſcens. Nec minus exteriori decenter reſpondet interior ſtructura, tribunalibus, ſubſellijs, atrijs, conclavibus, ambulacris & aulis, tam congruo vtiliq; ordine digeſtis, vt dictu mirum videatur. Portæ civitatis 13. quarum prima Cæſarea. Pontes in inclyta hac vrbe pu-

ANTVVERPIA, *vulgò* Antwerpen / *Brabantiæ vrbs eſt, valdè magnifica, Emporiū longe celeberrimū. Sive eius antiquitas, aut limites, eiuſdem ſitus, ſive maxima cōmoditas, ſive elegātia, ſive alia eiuſcemodi haud pauca expendantur, vel etiam Principes, qui huic dominati ſunt proponantur, nuſquam non ampliſſima locupletiſſimaq́ ad dicendum & ſcribendū ſeſe offert materia: Antiquitate enim in primis hæc vrbs nulli cedit. ſi limes eius conſideratur: eſt hic, appellatorum olim Ambivaritarū, quorū Iul. Cæſar in cōment. ſuis de bello gall. meminit. Si enim huius verba diligenter expandantur: non alij poterunt eſſe Ambivaritæ, quam qui limitem Antvverpienſem incolunt. In hoc Ambivaritarū longe patente territorio olim ædificatū exſtat oppidum, quod ab ipſa additione nomen accepit, & modo retinet* Antwerpen *dictum. Quo aūt tempore ædificatum iſtud fuerit, licet hiſtoriæ apertè non referant, pervetuſtū tamen & ipſum eſſe ſatis conſtat: Fuit enim circa annum Dom 1337. à Normannis occupatum, direptum & igne devaſtatum, & ante illum annū, multo ante haud dubio conſtructum & habitatum. Fœliciſſimis autem auſpicijs hoc opidum conſtrui ac habitari ceptum eſt, id quod ſæpius aucta, amplificata, nunc ampliſſima & celeberrima vrbs, manifeſtè oſtendit. Accepit vero deinde iſtud haud exigua incrementa, & non ſemel quidem ſed ſæpius acceſſionibus novis inſigniter crevit. Antvverpia rebus omnibus & neceſſitati voluptatiq́ ſervientibus abundat. Sunt in ea Parochiales ædes 5. Virorum monaſteria novem: Fœminarum totidem: Sacella vt vocant 8. Hoſpitalia tria: Dei domus ſive vt vulgò dicunt* Godshuyſen *24. Porrò inter ampliſſimas quæ illic viſuntur ædes, duo ſunt vtriuſque ſexus Orotrophia, perpetuis à magnificis viris, admodū liberaliter dotata reditibus: in quarum vna pueri (qui otioſi alioquin victum in plateis quæritantes, ad omnem nequitiā enutriuntur) ijs exercentur artibus, quæ ad neceſſarios hominū vſus conducunt. In altera, puellarum inſtitutio, tanta diligentia obſervatur, vt ſpectatiſſima indole & optimis moribus animum imbuant, manus ſic labori adeptent, vt matura iam ætate, quæ domi & foris, in ſtabilienda re familiari opus ſunt, affabrè calleant. In ipſo ferè civitatis vmbilico area ampla quadrata,* die Börſe *vulgò nuncupāt) pāditur, ampliſſima, ſepta periſtylio & pulcherrimis colūnis, quibus ambulacrum tecto concluſum ſuſtinetur, tam accuratè fornicatum vt non teſtudo ſed tabulatam videatur, in quo pulcherrima quæq́, videndi ſenſum oblectantia, venum exponuntur: ſubter negociatores, tractandarum rerū & cōmerciorum cauſa, certis horis quotidie conveniunt. Splendidiſſimæ etiam Prætoriæ ædes conſpiciuntur, quæ ex marmoreo vivo, ſectoq́ lapide ex regionibus longè diſſitis cōportato tantis ſumptibus, tantoq́ artificio 4. annorum tempore conſtructæ ſunt, vt materia operis formā, & forma materiā ipſam ſuperet. Taceo venuſtiſſimū frontiſpiciū, in ſublime faſtigiū, per 5. ordines Architectonicos aſcendens, ac pro operis ſymmetria paulatim gracileſcens. Nec minus exteriori decenter reſpondet interior ſtructura, tribunalibus, ſubſellijs, atrijs, conclavibus, ambulacris & aulis, tam congruo vtiliq́ ordine digeſtis, vt dictu mirum videatur. Portæ civitatis 13. quarum prima Cæſarea. Pontes in inclyta hac vrbe pu-*

blici

blici 44. quorum multi ſtratis lapidibus contecti, & vtrinq; magnificis civium & negociatorum habitationibus ſepti, vt pontes eſſe, tranſeuntium oculos fugiat. Mœnia habet Antvverpia & propugnacula valida, contra hoſtiles inſultus ita firmata vt prorſus inſuperabilis exiſtimetur. Tamen ab Alexandro Farneſij Parmenſi Duce, Belgij Gubernatore, Anno 1585. per artificioſum navalem pontem, ad deditionem compulſa eſt.

Iter Antvverpia Bergam ad Zomam 6. & Steenbergam $1\frac{1}{2}$. *ſimul* $7\frac{1}{2}$. *mill.*

Vide tabulam Brabantiæ.		Santvliet	$1\frac{3}{4}$	o. Bergen op Zoom 1
VVilmerdonck	1	Offendrecht	1	
Orderen	$\frac{1}{2}$	Hubergen	1	6

BERGA AD ZOMAM, *vulgò* Bergen op Zoom/ *ad fluviolum Zoomã, non longè hinc ortum, eleganti & peropportuno ſitu eſt collocata. Oppidum eſt valdè elegans, & nitidiſsimè cultum Marchionatus caput. Bergen opido nomen inditum, non à montibus, qui hic nulli videntur, ſed à* Bargen *vel* Bergen *quod abſcondere ſignificat. Hinc dicitur* Scepen bergen/ *naves abſcõdere à tempeſtatibus, vel eas conſervare. Hinc* Bergen op Zoom/ Seuenbergen/ Steenbergen / *Sanctæ Gertrudis Bergen, nomina ſortiuntur, à ſtatione navium. Hæc Berga ad Zoomã, initio non alio quam dominij titulo inſignis, à Carolo V. anno. 1533. ad Marchionatus dignitatem erecta, eleganter in exiguo colle, ita mari vicina eſt, vt non immerito, maritimæ nomen habeat. Vrbs hæc etiamnũ copioſa, multo aũt ditior, & rebus omnibus abundantior olim fuit, cum mercatus illi panni Anglici, quibus tantum conceſſum eſt prærogativa, apud eam frequentarentur. Vrbs hæc regionem habet municipalem amplam, in qua vici complures, & in ipſo Scaldi fluvio inſulam parvam ſed fertilem & amœnam.*

Iter Berga Steenbergam.

ca. Halteren	1	o. Steenbergen	1
			2

E*Xiguum eſt oppidulum, olim magna vrbs fuit.*

Iter Antverpia Dordracum $12\frac{1}{2}$. *Roterdamum* $2\frac{1}{2}$. *Delphium 2. Hagam Comitus 1 Leidam 2. Harlemum 4. Alcmariam. ſimul 28. mill.*

Vide tabulam Brabantiæ.		Calimpthout	1	Oudenbuſch	$\frac{1}{2}$
Eeckeren	1	Acterbroeck	$\frac{3}{4}$	*Hinc navigatur*	
Hoeve		Nievvmoer	1	o. Dordracum	5
Capelle	1	Ruchteren	$2\frac{1}{4}$		
					$12\frac{1}{2}$

DOR-

DORDRACVM *vulgò* Dordrecht/*opidum eſt eſt in Batavis pervetuſtũ, in Merva fluvio ſitum, ſed quia is fluvius ex Rheno, Moſa, & Linga fluminibus, qui eo decurrunt oritur, quidam ad quatuor fluvios ſitum ſcribunt.*

Me Moſa & VValis, cum Linga Meruaq́; cingunt
Aeternam Batavæ Virginis ecce fidem.

His igitur fluvijs in inſulam redigitur. Nam anno Chriſti 1421. contigit, vt VValis ac Moſa fluvij, vna cum mari, continentem, in qua hoc opidum iacet, ac Brabantiæ iurgebatur, inundarent: quam verò late crudeliterq́;, ſatis inde liquet, quod vicos ſive pagos 70. totos ſubmerſerint, ab ſorpſerintq́;. Numerus eorum, qui in ijs ſimul cum bonis omnibus perierunt, æſtimatur vltra centum hominum millia. Paulatim tamen huius abſorptæ terræ, quædam particulæ, ſolertia artibus eius provinciæ, recuperantur. Piſces varij generis, Merua eius locis habet, Sturionibus & Salmonibus planè ſcatet. Amplum, pulchrũ ac potens, & elegantioribus ædibus inſigne eſt Dordracum. Summũ templũ quod Deiparæ Virgini eſt ſacrum, oculos mira pulchritudine paſcit. Quicquid vini Rhenani in Belgium adportator è Germania: quicquid frumenti ex Gelris, Clivis Iuliacenſibus & aliunde è mediterraneis locis, id omne in hoc oppidum, tanquã emporium tranſvehitur. Quo nomine, tum alias ob cauſas, id crevit, & hominũ multitudine per quã eſt frequẽs. Pugnaces etiam homines, bellicoſos ac fortes, cum res poſtulat, non modo hoc oppidũ, ſed & vniverſa Batavia, quovis tempore edidit.

Dordraco navigatur Roterdamum quod inde diſtat mill. 2 ½

ROTERDAMVM *quaſi dicas Rottæ obex ſive agger. Nam Damm Batavis aggerem ſonat. Eſt ſiquidem ad Rottã aquæ dictũ, à quo adpellationem habet ſitum, vulgò* Rotterdam *dicitur. Oppidum hoc cum opinione hominum vetuſtum ſatis, tum ſplendidum & copioſum lanificio eſt, & panni textura celebre, habens & iuſtum populi numerũ & ſcitè admodũ conſtructas ædes; quarum quæ D. Laurentij nomine ſacra, facilè princeps, & ſplendida eſt & ſumptuoſa, ſed præ ceteris ornamentis, vrbs iſta, hoc nomine potiſſimũ clara & celebris eſt, quod patria fuerit viri celeberrimi D. Eraſmi Roterodami, omnibus omniũ doctrinarum virtutumq́; nitoribus politiſſimi. Itaque ad memoratã ædem, etiamnum viſitur domuncula, & in ea cella exigua, quæ primum natum illũ excepit: hanc vt ingenioſiſſimus quiſq; eſt, & literarum amantiſſimus, iter illac faciens, reverenter adit.*

o. Schedam 1. o. Delfft 2

Aliud iter.

Scitbroeck 1. o. Delfft 1

DELPHIVM *celeberrimũ in Batavis oppidum ſecundũ in Hollandiæ Statibus locũ obtinet. Gentis ipſius lingua ex frequentibus Moſæ alveis ex deductu*

nomen ſortitũ: vulgari namq; ſermone, fodere ſive alveum & foſſam duc ere, Delffen *vel* Delven *dicũt. Conditũ olim ab Gothifredo Lotharingiæ duce cognom ento Gibboſo anno ſalutis 1075. qui civitati impoſuit caſtrum ſeu præſidiũ in quo & habitabat, cuius iam nulla extant veſtigia Oppidum Delphium lautũ eſt, valide murorũ ambitu cinctũ, vallo ac propugnaculis firmum, & reticulato ſepimento muri inſtar, valde munitum: aqua etiã ea latitudine ambitur, quã vir, alioqui fortiſſimus, lapidis iactu ſuperare haud queat. Varijs Euripis atque canalibus, ad magnã civium oportunitatem paſſim diſtinctum, & aquis mirificè inſtructum. Vnde quemadmodum in ædium & domeſticæ ſuppellectilis nitore atq; mundiciæ, cõmuni eorũ ſententia, qui varias mundi perluſtrarunt partes, vni Hollandiæ palma cõceditur, ita in nitidiſſima Hollandia, primas eius laudes, inter oẽs eiuſdẽ territorij vrbes, ſoli attribuũt Delphio: Quo enim pluvia frequẽtior (quæ alias defœdare vrbes vt plurimũ ſolet) eo venuſtius huius oppidi vici & plateæ, ob ſitũ nimirum elegantem nitent, cum ea occaſione ſordes omnes ad canales & aquas, peropportune trãſmittat. Inhabitatores ipſi, peculiari quadã & innata humanitate, civilitate morũ, ac politia culti mercaturã & Lanificiũ exercent: ſapidã ac præſtantem cerviſiã coquunt, remotiſq; in locis diſtrahunt, vnde eius opificij, imo negotiationis dixeris, cives, ſunt opulentiſſimi Aedificia tã publica, quã privata, ſumptuoſa ſunt & ſuperba. Spacioſum & ampliſſimũ eſt opidi forũ, cui, ſicut in orientali latere, peraugusta & præcipua Baſilica, ita in occiduo Senatoria domus, ſplẽdori longe in maximo exiſtit præcelſa turri, & in ea campanaria harmonia conſpicua, in qua celebriũ nuptiarum tempore dum itidem forum nundinis hebdomadarijs frequentatur, lepida exercetur muſica, quæ, vti epulantes in nuptijs, iucundiſſima ſuavitate exhilarat, ita vendentes ementesq; in forũ allicere videtur. In ſuburbijs omnis generis mercatura exercetur: domus ſunt elegãtes, hoſpitia ampla, quæ hoſpites, ſi re pecuniaria belle inſtructi, lautiſſimè excipiunt.*

Ryſvvick $\frac{1}{2}$ | sGrevenhage $\frac{2}{2}$

HAGA COMITIS, *vulgò* ſGreuenhage/ *pagus omnium, quos Europa habet pulcherrimus, ditiſſimus, ampliſſimus ac capaciſſimus, ad domũ duo millia continent, tam ſumptuoſarũ, vt nulli vrbiũ cedant, cum ibi totius propemodum regionis nobilitas, ac comitis Hollandiæ palatiũ ſit, curiaq; ibi cõmoretur. Hinc ad ſemimilliarium diſtat Loſduinen, Benedictini ordinis monaſteriũ, vbi ſepulchrũ extat Comitiſſæ Margarethæ, cuius hiſtoria relatu nõ indigna videtur. Hanc paupercula quædã, natos ex ſe gemellos vinis tenens, petebat eleemoſynã, cui præter id, quod nihil eilargiretur, inſultabat, eam convicijs proſcindens, negebat poſſibile eſſe, binos pueros, eodem partu edi, niſi binis etiã patribus geniti eſſent, proinde alterũ horum adulterio natum eſſe: Ea contumelia mota muliercula, orabat Deum, vt ad vindicandã caſtitatem pudiciciamq; ſuã permitteret. Hanc Comitiſſam, eodem partu tot infantes, quod dies habet, dare, idq; factum eſſe teſtatur eius Epitaphiũ, quod ſic ſe habet.* Illuſtris dominij Florentij, Comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mechtildis, filia Henrici

rici Ducis Brabantiæ, fratrem quoq; habuit Guilielmum Alimanniæ Regem. Hæc præfata D. Margaretha anno 1276. ætatis ſuæ anno quadrageſimo ſecundo, ipſo die Pareſceves hora nona ante meridiem, peperit infantes vivos promiſcui ſexus numero trecentos ſexaginta quatuor, qui poſtquam per venerabilem Epiſcopum Guidonem Suffraganium præſentibus nonnullis proceribus & magnatibus in pelvi quaſdam, Baptiſmi Sacramétum percepiſſent, & maſculis Ioannes, fæmellis verò Eliſabeth nomen impoſitum fuiſſet, ipſorum omnium, vna cum matris anima, ad Deum æternaliter victuræ redierunt corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt.

Perſin $\frac{1}{1}$ | Raephorſt $\frac{2}{2}$ | o. Leyden $\frac{1}{2}$

LEIDA, vulgò Leyden oppidorum Hollandiæ pulcherrimum ædificia habet, & concinna & frequentia. Vicorum hic eſt perpetua quadã mundicies, vt alijs quibuſdã terris plus luti ac cœni invenias in domibus quam hic in plateis. Aſſruunt ij qui Geographiã ſcrutantur Lugdunũ eſſe Batavorum de quo celebris mentio fit apud Ptolemæum, quã & Antonini Itinerarium, Lugdunum appellare videtur, caput Germaniarum, abs quo Albianis & Traiecto iter facit Argentoratũ. Præcipua huius vrbis Eccleſia, D. Petro ſacra, anno 1121. prima fundatione conſtructa turri venuſta ornatur, quæ trecentis ferè deinde annis dehiſcentibus fundamentis tota decidit ſine ædium aut magno indigenarum detrimento, corruit. Nominis huius opidi originem quidã ab Romanis vſque repetunt: Cum enim Prætor Romanus, provinciã adminiſtrans, in ea ſedes figeret, eiq; Legio attributa eſſet. ab Legione Leidã, corruptè dici ſuſpicantur: Legiam enim etiãnum Latinè, ab incolis adpellari. Laneis texendis pannis clara, priſcum tuetur decus, pellibus etiã ad veſtes concinnandis atq; membranis nomen quæſiut. Non procul diſtat, ab arce Britannorũ cuius reliquias, maris, à quo abſorpta eſt, receſſus, aliquando detexit. Anno nimirũ 1520. 1552 & 1562. Ibidemq; variæ deſcriptiones marmoreæ, rudera, fragmenta & multa numiſmata reperta ſunt, atq; in Hagam Comitis, vbi Hollandorum Curia eſt, translata. Hæc vrbs præ cæteris mundiciei ſtudet. Mulieres in ea candore & forma nitent, quo nomine ſibi placent. Deniq; præſtat hæc vrbs ædificiorum & vrbicarũ viarum elegantia. Et arcem quidem habet, fructuoſis arboribus peramœnam, ſed quæ cubiculis ad habitandũ caret. Eſt verò in eã arce puteus lõge profundiſſimus: A Romanis effoſſum aiũt, quo à VVaſſenarij veteris familia nomẽ ſua, & inſignia deducunt: Quam ob rem puteum illum, illi, cum opus eſt omni curant reficiendum diligentia. Nulla vero ex ijs maſcula ſtirps ſupereſt. Cõmuni aũt, quod ad familias attinet in Batavis elogio, quaſi proverbio dici ſolet: VVaſſenariã cæteris antiquiorẽ, Brederodiã nobiliorem, Egmondanam opulentiorem exiſtere.

VVarmont	½	Liſſe	1	o. Haerlem	1½
Teylingen	½	Hillegom	½		4

HARLEMVM *vulgò* Haerlem/*à Lemo natione Germano, viro & manu própto & illuſtri genere nato, conditū putatur, & ab eius nomine Herlemū quaſi Herum hoc eſt dominum Lemum appellatā. Eſt nobiliſſimæ Hollandiæ, quā ob inſignem ſoli fertilitatem omniumq́ rerum abundantiā, Vollandiā merito dixeris opidum florētiſſimum, amplum ac ſpacioſum, non vbertate tantum agrorū, ſed & paſcuis, ſylvis, aquarū abundantia & leproſorijs fœlix. Fluvius ex ſtagnis & Harlemico mari, quod vocant leni fluxu in opidum illabitur, ipſumq́ forma ſerpentina, duas in partes interſecans, mille quandoq́ navibus, expanſis velis, inſtar cignorum agminis adnatantis, ornatus videtur. Qua occidentem reſpicit, naturæ beneficio, planis obvallatum montibus furioſi maris ſevitiā extrudit, vbi ingens cuniculorum multitudo, non ſine Harlemenſis fori cōmodo oberrare videtur. Iuxta cœnoſa ſunt, & vliginoſa loca, è quibus ceſpites, ad alendos ignes, effodiunt. Templum ingens, ampliſſimis dotatū redditibus & foris & intus, pelcherrimis ornatum ſtructuris, & præcelſa turri nobile, quā vltra omnia vrbis ædificia venuſta altitudine oſtentat. Ex oppoſito, curiam à Guilelmo Romanorum Rege, & Hollandiæ Comite conſtructā, à templo, ampliſſimū ſeparat forum, quod hebdomadatim bis nundinis frequentatur. In quo, mirum dictu, quanto indigenarum cōpendio, omnium rerum ad vſus hominū neceſſariarum, abundantia, cum tenuitate pretij decertet. Incolæ, partim antiqua Batavorū nobilitate præcellunt, partim populares, duorum potiſſimum opificij generibus, quæſtum ac nomen quærūt: Cerviſiæ coctione & Lanificio.*

Scoeten	½	Heemskerck	½	o. Alcmar	1
o. Bevervvyck	1½	Lymmen	½		4
	2				

Iter Antvverpia Goudam 15½. Amſtelredamum 5½. Edamum 2½. Hornam 2½. Encbuſiam 3. Stavriam 3. Bolſvverdiam 2½. Harlingam 2. ſimul 36½.

Vide tabulam Hollandiæ.		merantur mill.	12½	o. Goude	1½
Dordracum vſque nu-		Leckerke	1½		15½

GOVDA *vulgò* Goude/*præclarum Hollandiæ oppidum, ſextum & vltimum inter Hollandiæ ſtatus locum obtinens, circa annū ſalutis 1272. ſub Comite Florentio, à quo civicis & præcipuarum vrbium donatur privilegijs conditum ad ripam Iſſelæ fluvij ſitu eſt periucundo. Primaria vrbis Eccleſia eleganti ſtructura & præcelſa turri conſpicua eſt.*

Suanen-

Suanendam	1 ½	o. Amſterdam	1
Nievverven	1		
Amſterveen	2		
			5 ½

AMSTELREDAMVM *vulgò* Amſterdam / *Hollandiæ Metropolis in longitudinem gradibus 27. & 33. minutis, in latitudinem verò grad. 52. & 40. mi. patens, civitas, ad ſinum Thium ſita eſt, vnde foſſæ plures, intra mœnia deducta, quarum omniū maxima eſt, quæ mediā ſecat, Ambraq́; dicitur. Foſſæ qua parte Sol oritur navibus perviæ ſunt, quas ab Oceano ingens ille ſinus excipit, quaq́; vndevis gentium copioſè huc appellunt. Nam bis in anno ex cunctis ferè Europæ partibus, maximæ ex populari Belgica, ex Francia, Anglia, Hiſpania, Luſitania, Germania, Polonia, Livonia, Norvegia, ex Oſterlingorum ora, Suecia, & Septentrionali cœlo, nunc ducentarum, nunc trecentarum corbitariarū onerariā claſſem eo confluere videas, quarū maior pars, Dam vulgò* Dantzigt. *Rigæ, Revela & Narvæ omnium merciū generibus oneratur. Stupidos plerunq; advenas, iſta detinet navium tam ampla ſtatio, in qua ex diverſo Orbe, huc profectas quingentis plures interdam conſpicere licet. Sed longe maxima omniū pars domeſtica, & vrbana, quarum aſpectu nihil iucundius. Cives in remotiſsimis terris negociantur, ad eoſq; in horas peregrini mercatores confluunt: Portus ſumma cōmoditas hoc præſtat, incolitur q́; à ditiſsimis incolis; ſi quidem ducentarū aut trecentaru navium claſſe importatas merces, ſuis facultatibus redimunt, ſic vt 5. aut 6. ad ſummū dierum intervallo exoneratæ tot corbitæ, vnde ſolverint, aut quo naviculariȷs viſum eſt, referantur. Sunt etiā hic fabricandarum naviū peritiſsimi Architecti. Nihilo ſegnius interim, lanificium inibi tractatur, quippe duodena millia & amplius pannoru textrinæ vrbanæ conficiunt. Fiſtucis fundata civitas vniverſa, perpetuis tignis inſidet. Itaq; non ſine ſale & lepore quidā dixit ſi fiſtucatum illud pavimentū poſſet videri, nòn eſſe cur videndi nemoris amœnioris deſiderio quis teneatur. Fertur inſanas ſubſtructiones infraq; aquas latentes moles, propter materiæ copiā, laborum operiſq; difficultatem, multo pluris conſtare, quam ipſa ædificia, & vniverſas fabricas, quæ ex ſolo eminent. Civitas omnium generatim operū & ædificiorū, cum publicorū, tum privatorū deſcriptione nobilis, præpotens numeroq; civium, & fortunarum amplitudine; valens: per ſe firma, naturaq; & ſitu loci invicta, & humanis viribus inexpugnabilis: eo magis quod vrgente neceſsitate, occultis quibuſdā rationibus & eo cōparatis machinamentis, continentem, diffuſis aquis inſtar vaſti lacus, cōplere cives latiſsimè poſsint. Itaq; ſi aerem, ſi circumfuſum aquarū æquor. ſi deniq; loci ſitum: ſi chomata, incilia, (quæ omnia pene cōpita ſectant) & his ſimilia ſpectes, Venetiȷs haud adeo diſsimilis civitas, cæteroqui fortunata fœlix, & quā orbis immenſi circuitator hoſpes, ſumme admiratur adſpiciens.*

Bute-

Buteſloot	½	Scaerdam	½	Binnevvyſen	½
Speldorp	½	Scaervvoude	½	Venhuyſen	½
Brouck	½	o. Horn	½	Grootebrouck	½
o. Monickedam			—	Bonneſcaſpel	½
o. Edam	1		5	VVeſteynde	½
	—	VVeſtlochem	½	o. Eynchuyſen	½
	2 ½	Ooſtlochem	¼		—
Vlaerden	½	VVeſtvvoude	¼		3
Eſterdam	½				

ENCHVSIA *vulgò* Enckhuyſen / *quaſi* Enckelhuyſen / *vel* Enickhuyſen / *etſi non magna vetuſtate, celebritate tamen nominis præſtans ac nobile opidum, circa annũ Dom. 1426. re, opibus & ædificijs creſcere cœpit, vt tum primũ VVaterlandiis annumerari cœperit, nunc opidum eſt adprime concinnum ac elegans, copioſis vbiq; aquis inſtructũ, muris cinctum, & propugnaculis valde munitum: Ab anno ſalutis 1572. publicis privatiſq; ædibus longè magnificis non ſine ſpectantium admiratione ornatum. Portum habet perelegantem, & valdè capacem: vt arte omnino mirabili, ita ſumptibus ampliſſimis factum, qui tutã onerarijs navibus ſtationem, & ab omni tempeſtate, glacie & quibuſcunq; alijs marinis incõmodis, ſecuritatem præſtet. Hic autem portus artificioſo ac valido munitus eſt aggere, ea ratione cõpoſito qua in vniverſa vbiq; Hollandia, contra vehementiores vndarũ ac fluctuum impetus, vallũ & obſtructiones aggerantur. Extra Enchuſiã via eſt ſilice ſtrata ſeſquihoræ tempore euntem exercens: Pagũ habet adiunctũ, vulgò* Grote Broeck / *qui civilibus privilegijs gaudet, eo, quod vrbs tanta quondã amplitudine fuerit, vt tritum ſit hoc loci proverbium, Magna Grotbrockana vrbi, ignobile vicinũ eſt opidum, aliquot Caſæ (Enickhuſen) cognominatũ, quo nimirũ vilis & abiecta eius notabatur cõditio. Cives marinã mercaturã exercent, multi naves conſtruunt, alij Sal nitore præſtans conficiunt, quod ad exteras nationes avehitur. Alij copioſa Halecũ captura victitant. In vniverſum autem omnes, etiã ditiores; vili vtuntur veſtitu, ita vt opidi Conſul, nautico quandoq; amictu incedat. Opidani, maritima negociationes ſi vnquã alias, tum maxime turbulẽtiſſimis hiſce temporibus, quibus alij multi re, ac opibus lapſi ſunt, divitias longe maximas coacervarunt.*

Navigandum Stavriam vſque 3. mill.

STAVRIA *vulgè* Staveren / *in occidentali Friſia ad maris Meridionalis littus ſita ampliſſimis quondã negociationibus clara & toto fere orbe celebris, vt etiã civitas Regalis ſit dicta, quæ imperij ſui limites, Noviomagum vſq; extendebat, vbi vetuſtiſſimo ſtylo characteribus fere ignotis, longo & obliquo ordine ad portas legitur inſcriptum* HVC VSQVE IVS STAVRIAE. *Nunc quamvis continenti adhæreat, magna tamen ex parte inſtar Anſtelredami fluctibus cingitur. Habens ad orientẽ vaſtum lacũ, ad occidentem mare mediterraneum. ſtatio olim bene fida carinis, at nunc*

tem-

temporũ iniuria, frequentiſsimis marinis inundationibus magna arenarũ mole iniecta, portus ita præcluſus & obſtructus eſt, vt navigijs vix ſit pervius, vnde civitas negociationis cõmoditatibus deſtituta, ad extremã calamitatem redacta, miſerandũ priſtinæ dignitatis cadaver exhibet: Vbi monaſteriorũ, Eccleſiarum, & ampliſsimarum ædiũ ruinæ (quarum columnæ & veſtibula deaurata fuerunt) inter vepres deſolata iacent. Atq; huius quidem vrbis interitus Amſtelredamenſiũ ſalus & gloria extitit, quo omnis eius negociatio eſt translata. Iuxta Stavriã, prope monaſterium S. Odulphi, Gulielmus Comes Hollandiæ anno 1345. cum 80000. à Friſiis infœlici Marte cæſus eſt, quorũ ipſa ad annũ vſque 1545. paſsim diſsipata & inhumata iacuerunt, in quibus manifeſta vulnerũ & ictuum indicia apparebant. Quæ à Maria Regina Vngariæ anno iam dicto plauſtris curribuſq; Stavriã devecta, & in domum mortuariã & cœmiteriũ ſunt depoſita.

o. Hindeloepen 1

HINDELOPIA *in Friſia occidentali opidum marinis fluctibus obiectum eſt.*

o. VVorcum	1	Delgum		o. Bolſvverd	1
Heſſelen	½				
					2 ½

BOLSVVARDIA *vetus & Hanſeaticum opidum eſt.*

Altaurum	1	o. Harlingen	1
			2

HARLINGA *Occidentalis Friſiæ ad fauces Auſtralis maris oppidum.*

Iter Anvverpia Franicheram 34½. mill.

Bolſvvardiam vſq; numerantur mill.	32 ½	Lollum	1	o. Franiker	1
					34 ½

FRANICHERA *vulgò* Franicker/*in VVeſtergoye Toparchia dives & opulentum opidum eſt, in quo vt plurimum nobiliores homines degunt. Quod perduellium ſui Principis (qui tum Saxoniæ Dux erat) obſidionem fortiter ſuſtinuerit, amplo ab eo prærogativo & privilegijs præ cæteris Friſiæ vrbibus, ornatiſsimũ eſt. Agrum habet, quemadmodum & vniverſa Friſia, planum ac paſcuis fœcundiſsimũ, ſtagnis tamen, lacubus ac paludibus interciſum, aliquando maris ſinubus: aliquando totus inſularis, quoad ſementes incultivum, ad reliqua verò fœcundum, latiſsimis pratis amœniſsimũ. Reliqua terra exhauritur ceſpitibus, quas* Tõrven *vocant, pro igne alendo egeſtis.*

Iter Antvverpia Schonhoviam 16. Oudevvateram 1. VVordenam 1. Muydenam 4. Snecam 15. Leovvardiam 2 $\frac{1}{2}$. ſimul 40 $\frac{1}{2}$.

Dordracum vſque numerantur mill.	12 $\frac{1}{2}$	o. Oudevvater	1	*Hic traijcitur mare vulgò dictum* Zuyderzee. *navigaturq; vſq;*	
		o. VVoerden	1		
Papendrecht	$\frac{1}{4}$	Cameryck	$\frac{1}{2}$	Lemmerhorn	12
Ablas	$\frac{3}{4}$	Coeckengen	$\frac{1}{2}$	o. Sloten	1
Streetkerck	1	Aade	1	o. Ylſt	1 $\frac{1}{2}$
Ammers	1	Loeverſloot	$\frac{3}{4}$	o. Sneeck	$\frac{1}{2}$
Liefvelt	$\frac{1}{4}$	o. VVeſp	1		15
o. Schohoven.	$\frac{1}{4}$	o. Muyden	$\frac{1}{4}$		
	16		4		

SNECA *vulgò* Sneeck / *loco humili & tractu plane aquoſo ſita eſt. Nam ager totus circumiacens humilis eſt & depreſſus, niſi quod à Septentrio. parte vbi ædes fuere Ioannitarũ paulum adſurgit, ideoq; nec ſegetibus ferèdis nec vlli alicui rei, quã pecoribus alendis idoneus. Oppidum non tam aggeribus quã natura, & ipſo loci ſitu munitum. Novũ eſt, ſicut & alia pleraq; huius patriæ, vtpote, nondum ducentis annis civitatis donatum iure & privilegijs. Cæterum progreſſu temporis, tãta incrementa ſumpſit, vt in præſentiarum nulli oppidorum Friſiæ cœdat, præter ſoli Leovvardiæ, quæ omnium reliquorum caput eſt, ſive amplitudinem ſpectare velis, & ædium multitudinem ſplendoremq; vna cum civiũ numero, ſive platearum diſpoſitionem aptã, vna cũ aquarum commoditate & abundantia, ſive alia iſtiuſmodi ornamenta.*

o. Levvarden	2 $\frac{1}{2}$
	39 $\frac{1}{2}$.

LEVVARDVM. *vulgò* Lewarden/ *eius Friſiæ oppidum quã occidentalem vocant, Comitatuũ Oeſtergoy, VVeſtergoy & ſeptem Saltuum (vulgò* Seven-Wolden*) caput eſt Levvardum oppidum opulentũ, & vti privatis, civium domicilijs decenter ornatum, ita aquarũ ambitu, foveis, & prævalida arce, contra hoſtiles inſultus egregiè munitũ. Curiã habet iudicialem, & Friſiæ Cancellariã, à cuius Tribunali nulla vlterius permittitur appellatio.*

Iter Anvverpia Nevvportum 15 $\frac{1}{2}$. Monfortium 2. & Nardenam 4 $\frac{1}{2}$. ſimul 22.

Dordracum vſque numerantur mill.	12 $\frac{1}{2}$	Brandvveick	1 $\frac{3}{4}$	o. Monſort	2
Papendrecht	$\frac{3}{4}$	o. Nieuport	1	Hermelden	1
			15 $\frac{1}{4}$		Haer

Haer	$\frac{1}{2}$	Brakelen	$\frac{1}{2}$	Cortehoef	1
Nienrode	$\frac{1}{2}$	Cranenburg	$\frac{1}{4}$	o. Naerden	1
					$4\frac{1}{2}$

Iter Antverpia Bredam 8. S. Gertrudis Bergam 2. Gorichemum 3. Vianam 3. Vltraiectum $1\frac{1}{2}$. Amorfortium 3. Herdervvicum 4. Elburgum $2\frac{1}{2}$. Campenam 2. Steenvvicum $3\frac{1}{2}$. Groningam $8\frac{1}{2}$. ſimul 41. mill.

Vide tabulam Brabantiæ.

Merxem	$\frac{1}{2}$	o. Breda	1	o. S. Gertrudenberg	$\frac{1}{2}$
Brachtſchaden	$1\frac{1}{2}$		8		2
Per Myricam vſq;		Ter Tetering	$\frac{1}{2}$	*navigandum vſq;*	
VVeſtdorn	2	Ten Houte	$\frac{1}{2}$	o. Gorcum	3
GrootSundert	2	Steelhoven	$\frac{1}{2}$		3
Riesbergen	1				

GORCVM *vulgò* Gorcum/ *Hollandiæ civitas eleganti caſtro inſignis, ſitu amœno rerumq; omnium affluentia nomen laudemq; meretur: VVahalim fluviũ ex tribus alterum; quibus Rhenus in Oceanum effunditur præterlabentem habet. Hic ex altiſſima turri, duæ ſupra 20. vrbes, muris ſeptæ conſpici poſſunt, cum ruſticorum villis, & non paucis nobilium habitationibus. Latiſſimis abundat paſcuis vnde butiro, lacte, caſeo, fere tota incolarum negociatio conſiſtit.*

Arckel	$\frac{3}{4}$	Heycop	$\frac{1}{2}$	o. Vtrecht	$1\frac{1}{2}$
Bloclant	$\frac{1}{4}$	o. Vianen	1		
Lerbroeck	1		3		

TRAIECTVM *inferius, vernaculo idiomate* Vtricht/ *firmiſſimo murorum ambitu, propugnaculis, multiſq; ad hoſtiũ furorem arcendũ peridoneis turribus vrbs inclyta & memorabilis. Agrum multarũ rerum vbertate præſtãtem, & Hollandico ſole paulo altiorem ſitu obtinet, quo accidit vt exiguo ſpacio, permulta oppida, bene & eleganter culta, muro cincta, & haud contemnenda magnitudine vicina habet, ad quæ omnia breviſſimo tempore, Traiecto perveniri poteſt. Aſſeritur Traiectenſem hanc vrbem, quondã Antoninã appellatam fuiſſe, vel ab Antonio Senatore Romano, qui immanem Neronis tyrannidem Roma fugiens, hanc vrbem ædificaſſe putatur, vel à M. Antonio, Iul. Cæſ. Legato belli Gallici tempore, initiũ ac nomen accepiſſe perhibetur, vel deniq; à M. Antonino Pio Auguſto. Quicunque tandem horum præcipuus Traiecti fundator extiterit, originis antiquiſſimæ vrbem eſſe conſtat, quippe cuius Antoninus in Itinerario mentionem faciat, & plurima Romanorũ numiſmata, aliaq; anti-*

 quitatis

quitatis monumenta,certa vetuſtatis indicia, frequenter hoc loci inveniantur. Nunc *Traiecti nomen à traijciẽdo,vulgo obtinet,ob frequentem nimirũ(vt pleriq; exiſtimãt) mercatorum per hanc vrbem tranſitum,vel quia hic veteris Rheni traiectus fuit. Eſt autem dives & populoſa civitas, & privatarũ ædiũ nitore & magnificis Canonicorũ Collegijs præſtans,quorũ præcipuum eſt S.Martino ſacrũ. Fanũ ornatum & ſumptuoſum.*

Ooſtbroeck	1	Borcht	1 ½	o. Amersfort	½
					3

AMORFORTIA *vulgò* Amersfort / *nomen à civiũ amore forti vel vnanimitate ſortita, diœceſios Vltraiecten. vrbs inclyta, quo tempore & à quo cõdita ſit chronica nõ meminerunt,antiquã tamen eſſe,vel ex eo conſtat,quod illius circa an.dom.1006.ſub Henrico II.Imp.& Ansfrido Comite Triſterbandorũ, Domine de Haltena 18. Vltraiectenſiũ Epiſcopo in Annalibus fiat mentio. Parvum initio oppidulum fuiſſe,ex antiquis mœnibus & foßis liquet, poſtea verò rebus florentibus, nova civitate veteri circumdata,vehementer eſt amplificatum.Ferax ſolũ,& cõmodum amœnũque ſitũ habet. Nã ab Ortu & Meridie,agros,omni frumenti genere fertilißimos,ab Occaſu montes,erycetũ,ſylvas caduas ac ſaltus habet: A Septentrione vero vberrima paſcua, quæ à maris Oceani brachio,vno ab vrbe milliari alluuntur. Ex hoc mari per Amiſiũ fl. navigabilem omnigena merces in vrbem importantur. Vrbs ipſa, firmo ſatis murorum ambitu, duplici foſſa & vallo inter medio cingitur, arte tamen potius, quã natura munita. Cives aut ſuo cenſu vivunt aut agri culturam,lanificiũ & mercaturam exercent. Ius municipale quod vulgò* Stadts Recht *appellatur., Henricus Epiſcopus Vltriecten. anno 1259. conceßit. Guilielmus poſtea Epiſcopus anno 1298.inſtituit, vt idem ius vſurparent Amorfortij quale erat Vltraiectinis. Nundinas habet toto Belgio celebres,quarũ duas Guido Epiſcopus illis, anno 1331.donavit. Laudantur Amorfortij in hiſtoria à temperantia,prudentia,religione.fidelitate erga ſuos Principes,fortitudine bellica,liberalitate in pauperes,& ergò exules cæteroſq; exteros hoſpitalitate. Et merito: Omnis enim luxus tam in convivijs quã in veſtibus, ſuppellectilibuſq;, apud Amorfortios eſt exoſus: didicerunt ab avis ſuis honeſtè ac parcè epulari.*

Benecamp	1	Scherenloo	1 ½	o. Hadervvyck	½
Arlar	1				
					4.

HERDERVVICIA *vulgò* Harderwyck / *Ducatus Gelriæ opidum multorũ opinione, Latinè Paſtorum ſive Opilionũ vicum, refugium vel ſinum deſignat: VVic enim, & Sinum ſive curvũ maris receſſum, & vvicum ſonat. Vt dum dicimus Brunſvvicum, Ooſtervvicum & alia cõplura loca, quibus nulli ſunt ſinus vicini. Eadem itaq; ratione, & ad mare & ad terrã refertur, quum vtrobiq; ille locus ſignificetur ad quem è periculis quiſpiã ſecedere poßit. Hadervvicia in Hollandici maris ſinu.*

ſinu ſeu æſtuario loco amœniſsimo cõdita, à Septen. mare meridianũ aſpicit, omni piſciũ genere fœcundiſsimũ: A Meridie & cæteris partibus habet hortos, pomaria arva, campos, agroſq; tum ad paſcenda pecora tum omni frumentorũ generi producendo, aptos: Sylvas præterea, quæ lignorũ ſatis ſuppeditãt. Vnde fit vt hic parvo bene vivatur, & multi quibus alibi fortuna, vel penuria facilem victũ negent, huc vndiq; confluant. Otto III. Gelriæ & Zutphaniæ VII. Comes an. Chr. 1229. eam muris cinxit & civilibus privilegijs & proprijs Naſſoviacis inſigniis donavit. Eius deinde filius Reinoldus, I. eius nominis & Gelriæ atq; Zutphaniæ Comes VIII. abs Rodolpho I. Imp. Auguſto, privilegiũ cudendæ monetæ Herdervvicenſibus anno ſal. 1228. impetravit, quo etiamnũ tam in auro quã argento vtuntur. Si firmitatem ſpectes, natura loci munitiſsimũ eſt oppidũ: Firmitatem hanc confirmat Arx quædã, foſſis ac vallis circumdata. Quod ſi ipſam civitatem intueri liceat ædificia ſplendida iſthic, tum à nobilibus, tum ditiſsimis mercatoribus rei nauticæ ſtudioſis olim erecta conſpiciet. Cuius rei teſtis inter cætera eſſe poteſt platea illa, quæ incolarũ lingua die Dunckelſtraet *appellatur. Cives in hoc toti ſunt, vt cõcorditer & vnanimiter vivant, ex quibus quidã ex agricultura, quidã ex piſcatura, nõnulla ex mercatura, & manuũ ſuarũ labore, multi deniq; ex ſuis reditibus vivunt, ſinguli adeo rebus ſuis intenti, vt nihil peius, quã otioſum hominem oderint. Humanitatis officia erga pauperes, hoſpites & peregrinos minimè negligũt, maximè ij qui patricij ſive nobiles ſunt quorum hic magnus eſt numerus.*

Nieuſpeet	1	o. Elburgh	½	Camperveen	1
Schottenbroec	½		2 ½	o. Campen	1
Doerſpyck	½				

CAMPENA, *vulgò* Campen *eius regionis in Gnldrico Ducatu vrbs, quæ verſus Septentrionem poſita TransIſalana dicitur, in leva Iſalæ ripa decenti & oblonga ſtructura præſtans, circa eius fluvij oſtia, quibus Sinus maris Auſtralis, vulgõ* Suderſee *iungitur. Vrbs multarũ opum affluentia, elegantiſsimo ædiũ privatarũ & civium nitore cõmendata, ſicuti etiã ædificia publicis vſibus deſtinata, ſuperbiſſima exhibet. Quorum præcipua ſunt D. Nicolai & Deiparæ Virginis templũ: illud parochiale, quod non oppidani tantum omnes, ſed frequens è vicinia populus frequentat: Hoc præcelſam & eleganti ſtructura nobilem habet turrim, vnde per vicinũ Auſtrale mare, Enchuſam vſque viſus diri pandiq; poteſt. Eadem Eccleſia non ſine ſpectantiũ admiratione, ſummo in altari, elaboratã ac venuſtã tabulam repræſentat maiorum imaginibus clariſsimæ virginis manu depictam, qualis & in Franciſcanorum Collegio pereleganſ conſpicitur. Civica domus haud ita à ponte, quo vtraque Iſalæ ripa coniungitur remota, perauguſta ac ſplendida, ſed præ cæteris ædificijs omnibus, incredibili ſtructuræ ſymmetria. Telonium ad Iſalæ ripam, ſeſe effert, quæ læta tecta magnatibus & harum regionum primoribus frequenter ſubminiſtravit. Eius ſplendorem exteri, magnificentiam & ſtructuræ harmoniam Architecti ſumme admirantur.*

nomen ſortitũ: vulgari namq; ſermone, fodere ſive alveum & foſſam duc ere, Delffen *vel* Delven *dicũt. Conditũ olim ab Gothifredo Lotharingiæ duce cognom ento Gibboſo anno ſalutis 1075. qui civitati impoſuit caſtrum ſeu præſidiũ in quo & habitabat, cuius iam nulla extant veſtigia Oppidum Delphium lautũ eſt, valide murorũ ambitu cinctũ, vallo ac propugnaculis firmum, & reticulato ſepimento muri inſtar, valde munitum: aqua etiã ea latitudine ambitur, quã vir, alioqui fortiſſimus, lapidis iactu ſuperare haud queat. Varijs Euripis atque canalibus, ad magnã civium oportunitatem paſſim diſtinctum, & aquis mirificè inſtructum. Vnde quemadmodum in ædium & domeſticæ ſuppellectilis nitore atq; mundiciæ, cõmuni eorũ ſententia, qui varias mundi perluſtrarunt partes, vni Hollandiæ palma cõceditur, ita in nitidiſſima Hollandia, primas eius laudes, inter oẽs eiuſdẽ territorij vrbes, ſoli attribuũt Delphio: Quo enim pluvia frequẽtior (quæ alias defœdare vrbes vt plurimũ ſolet) eo venuſtius huius oppidi vici & plateæ, ob ſitũ nimirum elegantem nitent, cum ea occaſione ſordes omnes ad canales & aquas, peropportune trãſmittat. Inhabitatores ipſi, peculiari quadã & innata humanitate, civilitate morũ, ac politia culti mercaturã & Lanificiũ exercent: ſapidã ac præſtantem cerviſiã coquunt, remotiſq; in locis diſtrahunt, vnde eius opificij, imo negotiationis dixeris, cives, ſunt opulentiſſimi Aedificia tã publica, quã privata, ſumptuoſa ſunt & ſuperba. Spacioſum & ampliſſimũ eſt opidi forũ, cui, ſicut in orientali latere, perauguſta & præcipua Baſilica, ita in occiduo Senatoria domus, ſplẽdori longe in maximo exiſtit præcelſa turri, & in ea campanaria harmonia conſpicua, in qua celebriũ nuptiarum tempore dum itidem forum nundinis hebdomadarijs frequentatur, lepida exercetur muſica, quæ, vti epulantes in nuptijs, iucundiſſima ſuavitate exhilarat, ita vendentes ementesq; in forũ allicere videtur. In ſuburbijs omnis generis mercatura exercetur: domus ſunt elegãtes, hoſpitia ampla, quæ hoſpites ſire pecuniaria belle inſtructi, lautiſſimè excipiunt.*

Ryſvvick ½ | ſGrevenhage ⅔

HAGA COMITIS, *vulgò* ſGrevenhage/ *pagus omnium, quos Europa habet pulcherrimus, ditiſſimus, ampliſſimus ac capaciſſimus, ad domũ duo millia continent, tam ſumptuoſarũ, vt nulli vrbiũ cedant, cum ibi totius propemodum regionis nobilitas, ac comitis Hollandiæ palatiũ ſit, curiaq; ibi cõmoretur. Hinc ad ſemimilliarium diſtat Loſduinen, Benedictini ordinis monaſteriũ, vbi ſepulchrũ extat Comitiſſæ Margarethæ, cuius hiſtoria relatu nõ indigna videtur. Hanc paupercula quædã, natos ex ſe gemellos vinis tenens, petebat eleemoſynã, cui præter id, quod nihil ei largiretur, inſultabat, eam convicijs proſcindens, negebat poſſibile eſſe, binos pueros, eodem partu edi, niſi binis etiã patribus geniti eſſent, proinde alterũ horum adulterio natum eſſe: Ea contumelia mota muliercula, orabat Deum, vt ad vindicandã caſtitatem pudicitiamq; ſuã permitteret. Hanc Comitiſſam, eodem partu tot infantes, quod dies habet, dare, idq; factum eſſe teſtatur eius Epitaphiũ, quod ſic ſe habet.* Illuſtris dominij Florentij, Comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mechtildis, filia Henrici

rici Ducis Brabantiæ,fratrem quoq; habuit Guilielmum Alimanniæ Regem. Hæc præfata D. Margaretha anno 1276.ætatis ſuæ anno quadrageſimo ſecundo, ipſo die Paraſceves hora nona ante meridiem, peperit infantes vivos promiſcui ſexus numero trecentos ſexaginta quatuor, qui poſtquam per venerabilem Epiſcopum Guidonem Suffraganium præſentibus nonnullis proceribus & magnatibus in pelvi quaſdam, Baptiſmi Sacramẽtum percepiſſent,& maſculis Ioannes,fæmellis verò Eliſabeth nomen impoſitum fuiſſet,ipſorum omnium,vna cum matris anima, ad Deum æternaliter victuræ redierunt corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt.

Perſin $\frac{1}{8}$ | Raephorſt $\frac{1}{2}$ | o. Leyden $\frac{1}{2}$

L EIDA, *vulgò* Leyden *oppidorum Hollandiæ pulcherrimum ædificia habet,& concinna & frequentia. Vicorum hic eſt perpetua quadã mundicies, vt alijs quibuſdã terris plus luti ac cœni invenias in domibus quam hic in plateis. Aſtruunt ij qui Geographiã ſcrutantur Lugdunũ eſſe Batavorum de quo celebris mentio fit apud Ptolemæum, quã & Antonini Itinerarium, Lugdunum appellare videtur, caput Germaniarum, abs quo Albianis & Traiecto iter facit Argentoratũ. Præcipua huius vrbis Eccleſia, D. Petro ſacra, anno 1121. prima fundatione conſtructa turri venuſta ornatur, quæ trecentis ferè deinde annis dehiſcentibus fundamentis tota decidit ſine ædium aut magno indigenarum detrimento, corruit. Nominis huius opidi originem quidã ab Romanis vſque repetunt: Cum enim Prætor Romanus, provinciã adminiſtrans, in ea ſedes figeret, eiq; Legio attributa eſſet. ab Legione Leidã, corruptè dici ſuſpicantur: Legiam enim etiãnum Latinè, ab incolis adpellari. Laneis texendis pannis clara, priſcum tuetur decus, pellibus etiã ad veſtes concinnandis atq; membranis nomen quæſiit. Non procul diſtat, ab arce Britannorũ cuius reliquias, maris, à quo abſorpta eſt, receſſus, aliquando detexit. Anno nimirũ 1520. 1552 & 1562. Ibidemq; variæ deſcriptiones marmoreæ, rudera, fragmenta & multa numiſmata reperta ſunt, atq; in Hagam Comitis, vbi Hollandorum Curia eſt, tranſlata. Hæc vrbs præ cæteris mundiciei ſtudet. Mulieres in ea candora & forma nitent, quo nomine ſibi placent. Deniq; præſtat hæc vrbs ædificiorum & vrbicarũ viarum elegantia. Et arcem quidem habet, fructuoſis arboribus peramœnam, ſed quæ cubiculis ad habitandũ caret. Eſt verò in ea arce puteus lõge profundiſſimus: A Romanis effoſſum aiũt, quo à VVaſſenarij veteris familia nomẽ ſua, & inſignia deducunt: Quam ob rem puteum illum, illi, cum opus eſt omni curant reficiendum diligentia. Nulla vero ex ijs maſcula ſtirps ſupereſt. Cõmuni aũt, quod ad familias attinet in Batavis elogio, quaſi proverbio dici ſolet: VVaſſenariã cæteris antiquiorẽ, Brederodiã nobiliorem, Egmondanam opulentiorem exiſtere.*

Suanendam	1 ½	o. Amſterdam	1
Nievverven	1		
Amſterveen	2		5 ½

AMSTELREDAMVM *vulgò* Amſterdam / *Hollandiæ Metropolis in longitudinem gradibus 27. & 33. minutis, in latitudinem verò grad. 52. & 40. mi. patens, civitas, ad ſinum Thium ſita eſt, vnde foſſæ plures, intra mœnia deducta, quarum omniũ maxima eſt, quæ mediã ſecat, Ambraq; dicitur. Foſſæ qua parte Sol oritur navibus perviæ ſunt, quas ab Oceano ingens ille ſinus excipit, quaq; vndevis gentium copioſè huc appellunt. Nam bis in anno ex cunctis ferè Europæ partibus, maximæ ex populari Belgica, ex Francia, Anglia, Hiſpania, Luſitania, Germania, Polonia, Livonia, Norvegia, ex Oſterlingorum ora, Suecia, & Septentrionali cœlo, nunc ducentarum, nunc trecentarum corbitariarũ onerariã claſſem eo confluere videas, quarũ maior pars, Dam vulgò* Dantzigk. *Riga, Revela & Narva omnium merciũ generibus oneratur. Stupidos plerunq; advenas, iſta detinet navium tam ampla ſtatio, in qua ex diverſo Orbe, huc profectas quingentis plures interdam conſpicere licet. Sed longe maxima omniũ pars domeſtica, & vrbana, quarum aſpectu nihil iucundius. Cives in remotiſſimis terris negociantur, ad eoſq; in horas peregrini mercatores confluunt: Portus ſumma cõmoditas hoc præſtat, incoliturq; à ditiſſimis incolis; ſi quidem ducentarũ aut trecentarũ navium claſſe importatas merces, ſuis facultatibus rediment, ſic vt 5. aut 6. ad ſummũ dierum intervallo exonerata tot corbitæ, vnde ſolverint, aut quo naviculariis viſum eſt, referantur. Sunt etiã hic fabricandarum naviũ peritiſſimi Architecti. Nihilo ſegnius interim, laniſicium inibi tractatur, quippe duodena millia & amplius pannorũ textrina vrbana conficiunt. Fiſtucis fundata civitas vniverſa, perpetuis tignis inſidet. Itaq; non ſine ſale & lepore quidã dixit ſi fiſtucatum illud pavimentũ poſſet videri, non eſſe cur videndi nemoris amœnioris deſiderio quis teneatur. Fertur inſanas ſubſtructiones infraq; aquas latentes moles, propter materiæ copiã, laborum operiſq; difficultatem, multo pluris conſtare, quam ipſa ædificia, & vniverſas fabricas, quæ ex ſolo eminent. Civitas omnium generatim operũ & ædificiorũ, cum publicorũ, tum privatorũ deſcriptione nobilis, præpotens numeroq; civium, & fortunarum amplitudine, valens: per ſe firma, naturaq; & ſitu loci invicta, & humanis viribus inexpugnabilis: eo magis quod vrgente neceſſitate, occultis quibuſdã rationibus & eo cõparatis machinamentis, continentem, diffuſis aquis inſtar vaſti lacus; cõplere cives latiſſimè poſſint. Itaq; ſi aerem, ſi circumfuſum aquarũ æquor. ſi deniq; loci ſitum: ſi chomata, incilia, (quæ omnia pene cõpita ſectant) & his ſimilia ſpectes, Venetiis haud adeo diſſimilis civitas, cæteroqui fortunata fœlix, & quã orbis immenſi circulator hoſpes, ſummè admiratur adſpiciens.*

Buteſloot	$\frac{1}{2}$	Scaerdam	$\frac{1}{2}$	Binnevvyſen	$\frac{1}{2}$
Speldorp	$\frac{1}{2}$	Scaervvoude	$\frac{1}{4}$	Venhuyſen	$\frac{3}{4}$
Brouck	$\frac{3}{4}$	o. Horn	$\frac{1}{2}$	Grootebrouck	$\frac{1}{4}$
o. Monickedam				Bonneſcaſpel	$\frac{1}{4}$
o. Edam	1		5	VVeſteynde	$\frac{3}{4}$
		VVeſtlochem	$\frac{1}{2}$	o. Eynchuyſen	$\frac{1}{4}$
	2 $\frac{1}{2}$	Ooſtlochem	$\frac{3}{4}$		3
Vlaerden	$\frac{3}{8}$	VVeſtvvoude	$\frac{1}{4}$		
Eſterdam	$\frac{1}{8}$				

ENCHVSIA *vulgò* Enckhuyſen/ *quaſi* Enckelhuyſen/ *vel* Enickhuyſen/ *etſi non magna vetuſtate, celebritate tamen nominis præſtans ac nobile opidum, circa annũ Dom.1426.re,opibus & ædificijs creſcere cœpit, vt tum primũ VVaterlandiis annumerari cœperit, nunc opidum eſt adprime concinnum ac elegans, copioſis vbiq; aquis inſtructũ, muris cinctum, & propugnaculis valde munitum: Ab anno ſalutis 1572. publicis priuatiſq; ædibus longè magnificis non ſine ſpectantium admiratione ornatum. Portum habet perelegantem, & valdè capacem: vt arte omnino mirabili, ita ſumptibus ampliſsimis factum, qui tutã onerarijs navibus ſtationem, & ab omni tempeſtate, glacie & quibuſcunq; alijs marinis incõmodis, ſecuritatem præſtet. Hic autem portus artificioſo ac valido munitus eſt aggere, ea ratione cõpoſito qua in vniverſa vbiq; Hollandia, contra vehementiores vndarũ ac fluctuum impetus, vallũ & obſtructiones aggerantur. Extra Enchuſiã. via eſt ſilice ſtrata ſeſquihoræ tempore euntem exercens: Pagũ habet adiunctũ, vulgò* Grote Broeck/ *qui civilibus privilegijs gaudet, eo, quod vrbs tanta quondã amplitudine fuerit, vt tritum ſit hoc loci proverbium, Magnæ Grotbrockana vrbi, ignobile vicinu eſt opidum, aliquot Caſæ (Enichuſen) cognominatũ, quo nimirũ vilis & abiecta eius notabatur cõditio. Cives marinã mercaturã exercent, multi naves conſtruunt, alij Sal nitore præſtans conficiunt, quod ad exteras nationes avehitur. Alij copioſa Halecũ captura victitant. In vniverſum autem omnes, etiã ditiores, vili vtuntur veſtitu, ita vt opidi Conſul, nautico quandoq; amictu incedat. Opidani, maritima negociationes ſi vnquã alias, tum maxime turbulẽtiſsimis hiſce temporibus, quibus alij multi re, ac opibus lapſi ſunt, divitias longe maximas coacervarunt.*

Navigandum Stavriam vſque 3. mill.

STAVRIA *vulgè* Staveren/ *in occidentali Friſia ad maris Meridionalis littus ſita ampliſsimis quondã negociationibus clara & toto fere orbe celebris, vt etiã civitas Regalis ſit dicta, qua imperij ſui limites, Noviomagum vſq; extendebat, vbi vetuſtiſsimo ſtylo characteribus fere ignotis, longo & obliquo ordine ad portas legitur inſcriptum* Hvc vsqve Ivs Stavriae. *Nunc quamvis continenti adhæreat, magna tamen ex parte inſtar Anſtelredami fluctibus cingitur. Habens ad orientẽ vaſtum lacũ, ad occidentem mare mediterraneum. ſtatio olim bene fida carinis, at nunc*

tem-

temporũ iniuria, frequentiſsimis marinis inundationibus magna arenarũ mole iniecta, portus ita præcluſus & obſtructus eſt, vt navigijs vix ſit pervius, vnde civitas negociationis cõmoditatibus deſtituta, ad extremã calamitatem redacta, miſerandũ priſtinæ dignitatis cadaver exhibet: Vbi monaſteriorũ, Eccleſiarum, & ampliſsimarum ædiũ ruina (quarum columnæ & veſtibula deaurata fuerunt) inter vepres deſolata iacent. Atq; huius quidem vrbis interitus Amſtelredamenſiũ ſalus & gloria extitit, quo omnis eius negociatio eſt translata. Iuxta Stavriã, prope monaſterium S. Odulphi, Guilielmus Comes Hollandiæ anno 1345. cum 80000. à Friſiis infœlici Marte cæſus eſt, quorũ ipſa ad annũ vſque 1545. paſsim diſsipata & inhumata iacuerunt, in quibus manifeſta vulnerũ & ictuum indicia apparebant. Quæ à Maria Regina Vngariæ anno iam dicto plauſtris curribuſq; Stavriã devecta, & in domum mortuariã & cœmiteriũ ſunt depoſita.

o. Hindeloepen 1

HINDELOPIA *in Friſia occidentali opidum marinis fluctibus obiectum eſt.*

o. VVorcum	1	Delgum		o. Bolſvverd	1
Heſſelen	½				2 ½

BOLSVVARDIA *vetus & Hanſeaticum opidum eſt.*

Altaurum 1. o. Harlingen 1

2

HARLINGA *Occidentalis Friſiæ ad fauces Auſtralis maris oppidum.*

Iter Anvverpia Franicheram 34½. mill.

Bolſvvardiam vſq; numerantur mill.	32 ½	Lollum	1	o. Franiker	1
					34 ½

FRANICHERA *vulgò* Franicker/*in VVeſtergoye Toparchia dives & opulentum opidum eſt, in quo vt plurimum nobiliores homines degunt. Quod perduellium ſui Principis (qui tum Saxoniæ Dux erat) obſidionem fortiter ſuſtinuerit, amplo ab eo prærogativo & privilegijs præ cæteris Friſiæ vrbibus, ornatiſsimũ eſt. Agrum habet, quemadmodum & vniverſa Friſia, planum ac paſcuis fœcundiſsimũ, ſtagnis tamen, lacubus ac paludibus interciſum, aliquando maris ſinubus: aliquando totus inſularis, quoad ſementes incultivum, ad reliqua verò fœcundum, latiſsimis pratis amœniſsimũ. Reliqua terra exhauritur ceſpitibus, quas* Torven *vocant, pro igne alendo egeſtis.*

Iter Antvverpia Schonhoviam 16. Oudevvateram 1. VVordenam 1. Muydenam 4. Snecam 15. Leovvardiam 2½. ſimul 40½.

Dordracum vſque numerantur mill.	12½	o. Oudevvater	1	*Hic traijcitur mare vulgò dictum* Zůderzee. *navigaturq; vſq;*	
Papendrecht	¼	o. VVoerden	1	Lemmerhorn	12
Ablas	¾	Cameryck	½	o. Sloten	1
Streetkerck	1	Coeckengen	½	o. Ylſt	1½
Ammers	1	Aade	1	o. Sneeck	½
Lieſvelt	¼	Loeverſloot	¾		15
o. Schohoven.	¾	o. VVeſp	1		
	16	o. Muyden	¾		
			4		

SNECA *vulgò* Sneeck / *loco humili & tractu plane aquoſo ſita eſt. Nam ager totus circumiacens humilis eſt & depreſſus, niſi quod à Septentrio. parte vbi ædes fuere Ioannitarū paulum adſurgit, ideoq; nec ſegetibus ferēdis nec vlli alicui rei, niſi pecoribus alendis idoneus. Oppidum non tam aggeribus quā natura, & ipſo loci ſitu munitum. Novū eſt, ſicut & alia pleraq; huius patriæ, vtpote, nondum ducentis annis civitatis donatum iure & privilegijs. Cæterum progreſſu temporis, tāta incrementa ſumpſit, vt in præſentiarum nulli oppidorum Friſiæ cœdat, præter ſoli Leovvardiæ, quæ omnium reliquorum caput eſt, ſive amplitudinem ſpectare velis, & ædium multitudinem ſplendoremq; vna cum civiū numero. ſive platearum diſpoſitionem aptā, vna cū aquarum commoditate & abundantia. ſive alia iſtiuſmodi ornamenta.*

o. Levvarden	2½
	39½.

LEVVARDVM *vulgò* Lewarden/ *eius Friſiæ oppidum quā occidentalem vocant, Comitatuū Oeſtergoy, VVeſtergoy & ſeptem Saltuum (vulgò* Seven-Wolden*) caput eſt Levvardum oppidum opulentū, & vti privatis, civium domicilijs decenter ornatum, ita aquarū ambitu, foveis, & prævalida arce, contra hoſtiles inſultus egregiè munitū. Curiā habet iudicialem, & Friſiæ Cancellariā, à cuius Tribunali nulla vlterius permittitur appellatio.*

Iter Anvverpia Nevvportum 15¼. Monfortium 2. & Nardenam 4½. ſimul 22.

Dordracum vſque numerantur mill.	12½	Brandvveick	1¾	o. Monſort	2
Papendrecht	¾	o. Nieuport	1	Hermelden	1
			15¼	Haer	

Haer	½	Brakelen	½	Cortehoef	1
Nienrode	½	Cranenburg	½	o. Naerden	1
					4½

Iter Antverpia Bredam 8. S. Gertrudis Bergam 2. Gorichemum 3. Vianam 3. Vltraiectum 1½. Amorfortium 3. Herdervvicum 4. Elburgum 2½. Campenam 2. Steenvvicum 3½. Groningam 8½. ſimul 41. mill.

Vide tabulam Brabantiæ.

Merxem	½	o. Breda	1	o. S. Gertrudenberg	½
Brachtſchaden	1½		8		2
Per Myricam vſq;					
VVeſtdorn	2	TerTetering	½	*navigandum vſq;*	
GrootSundert	2	Ten Houte	½	o. Gorcum	3
Riesbergen	1	Steelhoven	½		3

GORCVM *vulgò* Gorcum/ *Hollandiæ civitas eleganti caſtro inſignis, ſitu amœno rerumq; omnium affluentia nomen laudemq; meretur: VVahalim fluviũ ex tribus alterum, quibus Rhenus in Oceanum effunditur præterlabentem habet. Hic ex altiſsima turri, duæ ſupra 20. vrbes, murũ ſeptæ conſpici poſſunt, cum ruſticorum villis, & non paucis nobilium habitationibus. Latiſsimis abundat paſcuis vnde butiro, lacte, caſeo, fere tota incolarum negociatio conſiſtit.*

Arckel	½	Heycop	½	o. Vtrecht	1½
Bloclant	½	o. Vianen	1		
Lerbroeck	1		3		

TRAIECTVM *inferius, vernaculo idiomate* Vtricht/ *firmiſsimo murorum ambitu, propugnaculis, multiſq; ad hoſtiũ furorem arcendũ peridoneis turribus vrbs inclyta & memorabilis. Agrum multarũ rerum vbertate præſtãtem, & Hollandico ſole paulo altiorem ſitu obtinet, quo accidit vt exiguo ſpacio, permulta oppida, bene & eleganter culta, muro cincta, & haud contemnenda magnitudine vicina habet, ad quæ omnia breviſsimo tempore, Traiecto perveniri poteſt. Aſſeritur Traiectenſem hanc vrbem, quondã Antoninã appellatam fuiſſe, vel ab Antonio Senatore Romano, qui immanem Neronis tyrannidem Roma fugiens, hanc vrbem ædificaſſe putatur, vel à M. Antonio, Iul. Caſ. Legato belli Gallici tempore, initiũ ac nomen accepiſſe perhibetur, vel deniq; à M. Antonino Pio Auguſto. Quicunque tandem horum præcipuus Traiecti fundator extiterit, originis antiquiſsimæ vrbem eſſe conſtat, quippe cuius Antoninus in Itinerario mentionem faciat, & plurima Romanorũ numiſmata, aliaq; anti-*

M 2 *quitatis*

quitatis monumenta, certa vetuſtatis indicia, frequenter hoc loci inveniantur. Nunc Traiecti nomen à traijciẽdo, vulgo obtinet, ob frequentem nimirũ (vt pleriq; exiſtimãt) mercatorum per hanc vrbem tranſitum, vel quia hic veteris Rheni traiectus fuit. Eſt autem dives & populoſa civitas, & privatarũ ædiũ nitore & magnificis Canonicorũ Collegijs præſtans, quorũ præcipuum eſt S. Martino ſacrũ. Fanũ ornatum & ſumptuoſum.

Ooſtbroeck	1	Borcht	1 ½	o. Amersfort	½
					3

AMORFORTIA *vulgò* Amersfort / *nomen à civiũ amore forti vel vnanimitate ſortita, diœceſios Vltraiecten. vrbs inclyta, quo tempore & à quo cõdita ſit chronica nõ meminerunt, antiquã tamen eſſe, vel ex eo conſtat, quod illius circa an. dom. 1006. ſub Henrico II. Imp. & Ansfrido Cõmite Triſterbandorũ, Domine de Haltena 18. Vltraiectenſiũ Epiſcopo in Annalibus fiat mentio. Parvum initio oppidulum fuiſſe, ex antiquis mœnibus & foſſis liquet, poſtea verò rebus florentibus, nova civitate veteri circumdata, vehementer eſt amplificatum. Ferax ſolũ, & cõmodum amœnũque ſitũ habet. Nã ab Ortu & Meridie, agros, omni frumenti genere fertiliſſimos, ab Occaſu montes, erycetũ, ſylvas caduas ac ſaltus habet: A Septentrione vero vberrima paſcua, quæ à maris Oceani brachio, vno ab vrbe milliari alluuntur. Ex hoc mari per Amiſiũ fl. navigabilem omnigenæ merces in vrbem importantur. Vrbs ipſa, firmo ſatis murorum ambitu, duplici foſſa & vallo inter medio cingitur, arte tamen potius, quã natura munita. Cives aut ſuo cenſu vivunt aut agri culturam, lanificiũ & mercaturam exercent. Ius municipale quod vulgò* Stadts Recht *appellatur, Henricus Epiſcopus Vltriecten. anno 1259. conceſſit. Guilielmus poſtea Epiſcopus anno 1298. inſtituit, vt idem ius vſurparent Amorfortij quale erat Vltraiectinis. Nundinas habet toto Belgio celebres, quarũ duas Guido Epiſcopus illis, anno 1331. donavit. Laudantur Amorfortij in hiſtoria à temperantia, prudentia, religione, fidelitate erga ſuos Principes, fortitudine bellica, liberalitate in pauperes, & ergo exules cæteroſq; exteros hoſpitalitate. Et merito: Omnis enim luxus tam in convivijs quã in veſtibus, ſuppellectilibuſq;, apud Amorfortios eſt exoſus: didicerunt ab avis ſuis honeſtè ac parcè epulari.*

Benecamp	1	Scherenloo	1 ½	o. Hadervvyck	½
Arlar	1				4

HERDERVVICIA *vulgò* Harderwyck / *Ducatus Gelriæ opidum multorũ opinione, Latinè Paſtorum ſive Opilionũ vicum, refugium vel ſinum deſignat: VVic enim, & Sinum ſive curvũ maris receſſum, & vvicum ſonat. Vt dum dicimus Brunſvvicum, Ooſtervvicum & alia cõplura loca, quibus nulli ſunt ſinus vicini. Eadem itaq; ratione, & ad mare & ad terrã refertur, quum vtrobiq; ille locus ſignificetur ad quem è periculis quiſpiã ſecedere poſſit. Hadervvicia in Hollandici maris ſinu.*

ſinu ſeu æſtuario loco amœniſſimo cõdita, à Septen. mare meridianũ aſpicit, omni piſciũ genere fœcundiſſimũ: A Meridie & cæteris partibus habet hortos, pomaria arva, campos, agroſq; tum ad paſcenda pecora tum omni frumentorũ generi producendo, aptos: Sylvas præterea, quæ lignorũ ſatis ſuppeditãt. Vnde fit vt hic parvo bene vivatur, & multi quibus alibi fortuna, vel penuria facilem victũ negent, huc vndiq; confluant. Otto III. Gelriæ & Zutphaniæ VII. Comes an. Chr. 1229. eam muris cinxit & civilibus privilegijs & proprijs Naſſoviacis inſignibus donavit. Eius deinde filius Reinoldus, I. eius nominis & Gelriæ atq; Zutphaniæ Comes VIII. abs Rodolpho I. Imp. Auguſto, privilegiũ cudendæ monetæ Herdervvicenſibus anno ſal. 1228. impetravit, quo etiamnũ tam in auro quã argento vtuntur. Si firmitatem ſpectes, natura loci munitiſſimũ eſt oppidũ: Firmitatem hanc confirmat Arx quædã, foſſis ac vallis circumdata. Quod ſi ipſam civitatem intueri liceat ædificia ſplendida iſthic, tum à nobilibus, tum ditiſſimis mercatoribus rei nauticæ ſtudioſis olim erecta conſpiciet. Cuius rei teſtis inter cætera eſſe poteſt platea illa, quæ incolarũ lingua die Duncкelſtraet *appellatur. Cives in hoc toti ſunt, vt cõcorditer & vnanimiter vivant, ex quibus quidã ex agricultura, quidã ex piſcatura, nõnulla ex mercatura, & manuũ ſuarũ labore, multi deniq; ex ſuis reditibus vivunt, ſinguli adeo rebus ſuis intenti, vt nihil peius, quã otioſum hominem oderint. Humanitatis officia erga pauperes, hoſpites & peregrinos minimè negglıgũt, maximè ij qui patricij ſive nobiles ſunt quorum hic magnus eſt numerus.*

Nieuſpeet	1	o. Elburgh	½	Camperveen	1
Schottenbroec	½		——	o. Campen	1
Doerſpyck	½		2 ½		——

CAMPENA, *vulgò* Campen, *eius regionis in Gnldrico Ducatu vrbs, quæ verſus Septentrionem poſita TransIſalana dicitur, in leva Iſalæ ripa decenti & oblonga ſtructura præſtans, circa eius fluvij oſtia, quibus Sinus maris Auſtralis, vulgõ* Suderſee *iungitur. Vrbs multarũ opum affluentia, elegantiſſimo ædiũ privatarũ & civium nitore cõmendata, ſicuti etiã ædificia publicis vſibus deſtinata, ſuperbiſſima exhibet. Quorum præcipua ſunt D. Nicolai & Deiparæ Virginis templũ: illud parochiale, quod non oppidani tantum omnes, ſed frequens è vicinia populus frequentat: Hoc præcelſam & eleganti ſtructura nobilem habet turrim, vnde per vicinũ Auſtrale mare, Enchuſam vſque viſus diri pandiq; poteſt. Eadem Eccleſia non ſine ſpectantiũ admiratione, ſummo in altari, elaboratã ac venuſtã tabulam repræſentat maiorum imaginibus clariſſimæ virginis manu depictam, qualis & in Franciſcanorum Collegio perelegans conſpicitur. Civica domus haud ita à ponte, quo vtraque Iſalæ ripa coniungitur remota, perauguſta ac ſplendida, ſed præ cæteris ædificijs omnibus, incredibili ſtructuræ ſymmetria. Telonium ad Iſalæ ripam, ſeſe effert, quæ lata tecta magnatibus & harum regionum primoribus frequenter ſubminiſtravit. Eius ſplendorem exteri, magnificentiam & ſtructuræ harmoniam Architecti ſumme admirantur.*

Vrbem, mœnia & marinæ ambiunt aquæ, quæ partim per Rivum vulgò die Rivæ, *partim per Iſalã amnem eo deducuntur. Dulces autem Iſalæ aquæ per mediã vrbem, ad cõmunes civium vſus permeant. Extra vrbem paludoſa paſſim ſunt loca, vliginoſa & inacceſſa, vt obſidionis Campena impatiens ſit, neq; enim murales machinæ & furioſi Martis tormenta, ſubduci poſſunt ad mœnia. Suburbia ſunt bina venuſta ſane, elegantia conſpicua: ſeparata diceres oppida ad hoſtiũ ferendos propulſandoſq; inſultus probe munita: vicinus vrbi Hagæ, remotius Burenopiæ nuncupatur. In illo peritiſſimos naviũ Architectos, quarũ frequens in aquaticis hiſce regionibus vſus: in altero autem, qui piſcium capturæ incumbunt magno numero inveniuntur. Vix credibile aliud hoc tractu reperiri opidum, vbi maior delicatiſſimorũ ſit piſciũ copia. Sturijs abundant & præſtãtiſſimis Salmonibus, Carpios, Lupos, & ſtupendæ magnitudinis Praſmos, tanta abundãtia, piſcario in foro, quotidie videas, dictu & planè videatur incredibile. Aſellũ piſcem marinum, ſapido præſtantem iecinore, vulgò* Cabeliaw/*nomen ab aſinina pellis ſimilitudine retinens cum cinericij coloris, ſquamoſus non ſit: Halecæ recentia, Conchas, Oſtrea, Pafferas quos Plateiſſas, alij verò Pectines nuncupãt, planos lateſq;, & præſtantes Rumbos cæteroſq; quos è mari piſces deſideres, piſcariũ hoc forũ; pretio tolerabili, quotidie affatim offert. Peculiare piſcis genus vulgò* Muſculus, *præ cæteris hic in pretio, & delitijs eſt. Horum alios domi, & vicinioribus in locis recentes divendunt, alios ſale cõditos ad remotiores exportant.*

o. Vollenhove	2	VVapſterveen	1 ½	Horn	1
Giethorn	1	Deveren	1	Helpen	½
o. Steenvvick	½	Spier	1 ½	o. Groningen	½
—	3 ½	Norc	1	—	8 ½
		Eelde	1 ½		

Aliud iter Antvverpiâ Heuſdenam 13½. Bommelam 2. Tielam 2. Rhenen 1½. Hattemum 10½. Svvollam 1. Haſſeltum 1. Groningam 11½. ſimul 43.

Merxem	½	VVel	1	Apeldorne	1
Die Locht	2 ½	o. Bommel	1	Vaſen	1
S Lenarts	1	—	2	Eepe	1
ar. Hoocſtraten	1	o. Tiel	2	Heerde	1
Chaem	2	o. Rhenen	1 ½	Halsbergen	1
Gilſen	1	Morſen	2	o. Hattem	½
Venlo opt ſand	2 ½	Otterloo	1	—	10 ½
Druynen	1 ½	Baecbergen	2	o. Svvol	1
o. Heuſden	1			—	11 ½
—	13 ½				

SVVOL-

SVVOLLA *vulgò* Swoll/*vrbs imperialis, ſitu loci amœniſſima, qua in tota pene Germania vix eſt invenire aliam beatiorem, quæq; omnibus frumentorũ generibus, iuvencis, piſcibus, butiro, alijſq; ad ſuſtentationem corporis neceſſarijs rebus, non ſolum abundet, ſed etiã maximã inferioris Germaniæ partem, iſtarum rerũ copia enutriat. Republica tali ornatur, qualem nec Ariſtoteles, neque Plato vnquã fœliciorem deſcripſerunt, ita vt propter prudentiæ ac ſapientiæ opinionem immunitates, ſingularia privilegia, ac iuſtiſſima municipalia iura, hic Senatus, ab alijs & vicinis opidis in dubijs cauſis cõſulatur, quas & ſecundũ ſuas leges iudicat & cõponit, compoſitaſq; ad loca & opida circumiacentia pro iudiciali auctoritate ratas remittit.*

o. Haſſelt	1	Byle	2	Horn	1
	—	Alſen	2	Helpen	¾
Staphorſt	1	Fries	1	o. Groningen	½
o. Meppel	½	Eelde	1		—
Ruynen	2				11½

GRONINGA *vulgò* Gröningen/ *à fundatore Gruno nuncupatur. Eum alij Troianum, alij Francum Anthenoris Regis Frãciæ fratrem fuiſſe exiſtimãt, qui domeſtici diſſidij cauſa fratrem relinquens, in occidentalem Friſiã devenit, & ibidem civitatem hanc ſuo nomine inſignem, ædificavit annis 377. ante Salvatorem Chriſti nativitatem. Nullis tunc muris cincta; ſed propugnaculis ligneis immiſſis in terram palis ſiſtucationibus, quaſi conſepta fuit. Mœnibus autem, foſſis ac turribus contra hoſtiles inſultus valide munita eſt anno 1110. Civitas nunc eſt opulenta, & frequenti populo inſtructiſſima, multis abundans aquis, arte in civitatem per canales deductis.*

Iter Antvverpia Buſcumducis vulgò Hertogenboſch *12. Graviam 4. Neomagum 2. Arnhemum 2. Zutphaniam 3½. Daventriam 2. Coevordam 8. Embdenam 12½. ſimul 54.*

Vide tabulam Brabantiæ.		ca. Hoochſtraten	1	Tilburg	2
tHorſtken			—	o. sHertogenboſch	3
Die Locht	3		5		—
S. Lenarts	1	Baerle	2		12

BOSCVMDVCIS *vulgò* sHertogenboſch/ *à ſylvis atque nemoribus, quæ hoc loci, quondã Brabantiæ Duci fuerut appellationem obtinet: Vna eſt ex 4. præcipuis Brabantiæ civitatibus: Ludo litterario, magna civium, & præſtantium ædificiorum frequentia pugnaceq; populo, civili tamen ac blando, nobilis. Hic mercatura, lanificium, cæteraq; mechanicæ artes florent. Deiparæ Virgini templum in hac vrbe ſacrum, opus viſendo apparatu eſt.*

Papen-

Papendyck 1 | o. Grave 1 | o. Nieumegen 1
Hees 2 |
Scarck 1 | 4 |

NOVIOMAGVM *vulgò* Nieumegen / *vrbem indigenæ nunc regnum, nunc Baſim imperij appellant, quod vna ſit trium illarū, quas Carolus Magnus, quondam ſibi ſedes delegerat. Primam aiunt Aquiſgranum fuiſſe, ſecundam Noviomagum, tertium Theonis villam. Per antiqua Noviomagum eſt vrbs, ad eam Rheni partèm collocata, qua VVabalis (vulgò* die Wael *vocatur) qui fluvius inibi & latiſſimus & altiſſimus eſt. Aedificiorum ſtructura nobilis profecto eſt.*

Bemmel ½ | o. Huesden 1 | o. Arnhem ½
2

ARNHEMVM *ſive Arenacum vulgò* Arnhem/ *Geldriæ opidum eſt florens vtcunque ac primarium Velaviæ inſulæ vulgò* die Veluwe / *cuius inſulæ territorium paludoſum ac vliginoſum ſylvisq; conſitum, vtpote quæ ferinarum affatim præbet venatum. Eius latera clauduntur ab ortu Iſſala, à Septentrione mari, quod* Zuderſee *vocant, ab occidente Vichta fluvio, à Meridie Rheno ſeu Lecca fluvio, vnde abunde piſcium ipſis ſuppeditatur. Supremum Geldriæ ius & Cancellariam Arnhemium obtinet, ſubditas habens vrbes, earumq; præfecturas VVageningum, Hattemum, Hardervvicum, Elburgum, ſitas omnes, in ea Geldriæ parte quæ Velavia* die Veluwe/ *vulgò nuncupatur.*

Roſenthal ½ | Brummen ½ | o. Zutphen 1
Spankeren 1 | | 4

ZVTPHANIA *vulgò* Zutphen/ *frequens eſt & aquis munitum oppidū: à paludibus nomen habet, quas Venen, inferiorum Germanorum lingua, vulgus appellat. Comitatus dignitatem Zutphania obtinet, cui ſunt aſsignatæ vrbes & præfecturæ ſequentes Duiſsburgum, Dotecum, Lochem, Grol, Bredefort, Bronckhorſt. Hæ quidem vrbes, præfecturæ autem eæ, quæ nomen ab his vrbibus ſortiuntur. Atq; his rurſus præeſt vnus ſummus Præfectus, quem vernacula lingua, Zutphanienſis Comitatus Droſſartum appellitant, quin & huic parti adſcribitur vrbs sHerenbergenſis & ipſi Comitatus nomine inſignis.*

Gorſſel 1 | o. Deventer 1 |

DAVENTRIA *ſeu Davontria, vulgò* Deventer, *à Danone viro quondā inter Saxones honorifico & potente nomen habere aſſerunt aliqui: cum enim*

ad Davo

ad Davonis arcem, propter erecti templi magnificentiã & vicinitatem, multi ædes ſuas habere deſiderarent, illa ædium multitudo & coniunctio, paulatim muris & foveis cingi, & vrbis nomen, à Davonis arce ſortiri atque imperialibus privilegijs gaudere cœpit. Mercimonijs inprimis Daventria famoſa eſt, cuius incolæ in remotis Orbis partibus negociantur. Vicinus Daventriæ ager fertiliſſimus, & ad quamvis culturã aptus, frumenti inprimis ferax, hinc paſcuis fœcundus, vnde pecorũ ingentes alunt greges. Quin ex remotiſſima Dania, eo paſcendi ſaginandiq; gratia, greges numeroſi huc agũtur, latiſſima ſiquidem & ampliſſima prata habent.

Boxbergen	1	Gransberge	1	Vrieſloo	½
Raelte	1 ¼	o. Coevorden	1	Bellinvvolde	½
Hellendoren	½			VVymeer	1
o. Ommen	1		8	Leebrouck	½
		Daelhem	½	Hogebunde	½
		Emme	2	*inde navigatur vſque*	
Hœms	3 ½	Rooſsvvinkel	1	o. Emden	3
o. Hardenberg	¼	Apel	½		
		Sellingen	1		12 ½
	6	ar. VVedde	1 ½		

Iter Antvverpia Ghoeram vulgò Ghoer *27½. Northorn 6½. Lingen 2½. Haſelunen 3. Bremam 9. ſimul 48½.*

Vide tabulam Geldriæ.		VVeerſel	½	Laſdorpe	1
Zutphaniam vſque ſunt mill.	23 ½	o. Ootmarſen	1	o. Cloppeburg	1
		o. Nyenhuyſen	1	Leedburg	1
o. Lochem	2	o. Northorn	1	Hutloſe	½
o. Diepenhem	1 ½		6 ½	Graſshorn	1 ½
o. Ghoer	½			Neerſtede	½
		o. Lingen	2 ½	Suchteren	½
	27 ½			o. Delmenhorſt	½
o. Deelden	1	o. Haſelunen	3	o. Bremen	1
Bornen	1	VVueſtemuelen	1		
Guterſloe	1	Lunigen	1		12

Iter Antvverpia Gennapium 19. VVeſalia 5. ſimul 24. Mill.

Vide tabulam Brabantiæ.		Papendyck	1	Oeffel	1 ½
Buſcumducis vſq; ſunt		Hees	2	*tranſmitte Moſam.*	
mill.	12	Eeſtern	2	o. Gennep	½
					19

GENNAPIVM *vulgò* Gennep/ *ditionis Clivenſis oppidum, ad quã, cum vniverſo eius nominis Comitatu, à Dominis Bredenrade venditionis titulo pervenit. Præterlabente Nerſa fluvio fœlix, qui anguillas laudatiſsimas & omniũ fluviatilium delicatiſsimas ſuppeditat.*

o. Goch	2	Langvoet	1	o. Halteren	2
o. Vden	1	Am Koeckuck	1	o. Dulmen	1
o. Santen	1	Schermbeke	½	o. Munſter	3
o. VVeſel	1	*ad ſiniſtram.*			
	5	o. Dorſten	½		9

Iter Antvverpia Thurnhoutem 7. Eyndhovam 7. Helmontium 3. Gelriam 7½. VVeſaliam 4. inde Monaſterium 9. ſimul 37½.

Prius iter tritius & cōmodius, hoc brevius ſed durius & laborioſius.		Thurnhout	3	o. Helmont	3
			7	Dorne	2
		Rueſel	3	Lunen	2
Schooten	1	Bladel	½	Oerle	¾
V Veſel	1	o. Eyndhoven	3½	Broechuſen	1¼
S. Anthonis capel	1		7	o. Gelre	2
Suerſel	1				7½

GELDRIA *vrbs iſta eſt, vnde Geldriæ Ducatus nomen accepit, idq́ hac occaſione. Sunt qui conſtanti narratione perbibent, tempore Caroli Calvi Imp. circa locum, in quo eſt Geldria opidũ, horrendã quandam & venenoſam beluam, iiſq́ locis ante id tempus nunquã viſam cognitamve, ſub eſculo arbore delituiſſe, immenſæ magnitudinis ſevitiaq́ incõparabilis. hæc agros campoſq́ devaſtãs, nec pecoribus nec iumentis parcens: ipſis etiã hominibus, à quibus non abſtinuit, vſq́ adeo formidabilis, ob inexplebilem voracitatem ac atrocitatem evaſit, vt finibus ſuis cedere cõplures, ſeſeq́ue ſolitudinibus abdere coegerit. Duo verò cuiuſdã à Ponthe filij, partim vt ſibi ipſis, partim vt publico vicinorum cõmodo prodeſſent, miris technis audaciaq́ incredibili beluam agreſſi, poſt dubium variumq́ certamen ac luctã tandem ſuperiores belua evaſere, eaq́ interfecta, haud ita procul à Moſa fluvio, ad Nerſæ ripã, in rei memoriam arcem extruxere, cui Geldriæ nomen fecere: voce ex continuo, ac identidem repetito eius beluæ mugitu, dum cæderetur mutuata.*

Iter Antvverpia Venlonum 22. VVachtendonckum $1\frac{1}{2}$. Moerſium $3\frac{1}{2}$. Duißburgum $1\frac{1}{2}$. ſimul $28\frac{1}{2}$.

Vide tabulam Brabantiæ.		Molle	1	Poſtel	3
Borgerhout	$\frac{1}{4}$	Blomſele	1	Dommelen	3
Deurne	$\frac{1}{2}$	Lille	1	Heze	$1\frac{1}{2}$
VVinegem	1	Thielen	1	Aſten	3
Schilde	1	Caſtel	1	o. Venlo	4
					22

VENLONVM *vulgò* Venlo/ *opidum Geldriæ ad Moſam flumen munitiſſimum, bellica gloria iam olim nobile, vbi anno ſalutis 1543. certis conditionibus pax facta, inter Carolum V. & Guilielmum Ducem Cliviæ.*

o. VVachtendonck	$1\frac{1}{2}$	o. Moers	2	*tranſmitte Rhenum.*	
Aldekirch	1			o. Duiſsburg	$\frac{1}{2}$
Scaephuſen	$\frac{1}{2}$	Homborg	1		

Iter Antvverpia Herentalſium 5. VVeertum 11. Ruermundam 3. Glabbecam $3\frac{1}{2}$. Duſſeldorbium $4\frac{1}{2}$. ſimul 22.

Borgerhout	$\frac{1}{4}$	o. Herentals	2	Overpeelt	2
Duerne	$\frac{1}{4}$			Lil	1
VVomelgem	1		5	o. VVeert	2
Ranſt	$\frac{1}{2}$	Ghele	2		
Vierſel	1	Mol	2		11
		Loemel	2	o. Ruermont	3

RVREMVNDA *vulgò* Ruermundt/ *Geldrici Ducatus opidum, quondã perelegans, habitatore admodum humano cultum, à quo nunc fere omnino, ob bellorum furores deſertum occupantibus nunc id præſidiarijs militibus. Ab Ottone eius nominis III. cognomento Claudo penultimo Comite, ſub quo Geldriæ Ducatus multa incrementa ſumpſit, Ruremunda tũc temporis pagus, cum alijs pleriſq; vicis, murorũ ambitu cingitur, & civilibus donatur privilegijs. Eſt ibi cœnobium abs Gerbardo VI. Geldriæ Comite fundatum, qui cum coniuge Richarda Naſſovica ibidem ſepultus eſt. Idem & Carthuſianorum & Minoritarũ cœnobium primæva fundatione cõſtituit. Quorum alterum, Minoritarũ videlicet à Reinaldo vltimo Geldriæ Ducatus Comite dotatum, qui & ius cudendæ monetæ, à Cæſare Rudolpho Ruremundanis obtinuit.*

Onderamichten	$1\frac{1}{4}$	Glabbich	$1\frac{1}{2}$	Reid	$\frac{1}{4}$
Overamichten	$\frac{1}{4}$			Korſenich	$\frac{1}{4}$
Luttelhorſt	$\frac{1}{2}$		$3\frac{1}{2}$	Holtburgen	1

Here	2	o. Duſſeldorp	½
			4 ½

Iter Antvverpia Maſycam 18. Linnicham 5 ½. Caſteram & Coloniam 6¾. ſimul 29¾.

Vide tabulam Brabantiæ.		Vucht	2	Kerckerde	½
Herentals vſque numerantur mill.	5	Kerckhoven	¾	o. Caſter	½
Gheele	2	o. Hensberg	½	o. Bedbur	¼
Mol	1	Drommen	½		
Balem	1	Rangelraedt	1	Zur Locht	½
o. Peer	4	o. Linnich	1	In der Geyen	½
Brey	2		5 ½	VViderſtorff	1 ½
o. Maeſeyck	3	Tietz	1 ½	o. Colln	1
	18				6 ¾

Aliud iter Stocbemum 17. Sittardum, Gangeltum, Iuliacum 5. inde Coloniam 6. ſimul 28.

Herentalſium vſq; ſunt mill.	5	o. Sittart	1	*Aliud iter Guliaco Coloniā vſque.*	
Oevel	1	o. Gangelt	1	Elſtorp	2
Oeſterloe	1	o. Gelekirchen	1	o. Berchem	1
Quaetmecheln	1 ½	o. Gulich	2	Ober Auſſem	½
o. Beringen	1 ½		5	Am nevven hoff	
Hueſden	1	Steinſtraſs	1	Bravviler	½
Houthalen	1	Elſtorp	1	Loevenich	½
Aſch	3	Thor	1	*ad ſiniſtram*	
o. Stockhem	2	Ichendorff	½	Munderſtorp	½
	17	Ter VVyden	1	o. Colln	1
		o. Colln	1		6
			5 ½		

Iter Antverpia Tongerloum.

Burgerhout	¼	Broechem	1	Murckhoven	½
Deurne	¼	Nylen	1	o. Tongerlo	½
VVomelgem	1	Herenthout	1		6
Ranſt	½				

Iter

Iter Antvverpia Liram 3. Dieſtam 4. Haſſeltum 3. Traiectum ad Moſam 4. Aquiſgranum 4. ſimul 18. mill.

Vide tabulam Brabantiæ.		Luythagen	½	o. Lier	2
Bercham	½				3

LYRA *vulgò* Liere/ *ad Netam fluvium, à puritate fluxus ita nominatum tam loci natura, quam arte & opere munitiſſimũ elegans & amœnum, adeo, vt à nobilibus & mercatoribus quos opum affluentia & rara lucrandi ſatietas ita beavit, vt à negociatione abſtinere, & à curis & hominũ turba remoti pacatam vitã degere velint, ocij & quietis domiciliũ vt plurimum deligatur. Inhabitatores alit natura ad humanitatem, civilitatem & benignitatem factos, creſcitq; indies acceſſione novorum ædificiorũ, incolarum & facultatum Nundinæ celebres Boariæ, vnde opulentiſſimi cives: celebranturq; hebdomatũ à feſto nativitatis S. Ioan. Baptiſtæ, vſque ad S. Martini menſe Novembri, quo tempore tantus ibi boum mercatus, negociatioq; ac diſtractio tam frequens, vt fidem excedere videatur. Abundat lanificio, & aliorũ opificum mercibus quin & trivialibus ſcholis, & optima primarũ artiũ traditione, pacis tempore, præſtare ſemper ſolebat. Forum exhibet tam amplũ & elegantiſſimorũ ædificiorum nitore circumdatum, vt hoc nomine, cum omnibus totius Brabantiæ civitatibus certare queat*

Yetegem	2	o. Haſſelt	3	o. Maſtricht	2
o. Dieſt	2	o. Bilſen	2		
	4				4

TRAIECTVM *ad Moſam, vulgò* Maeſtricht/ *vrbs in Eburonum finibus ampliſſima, ad vtramq; Moſæ ripam ſita, iunctaq; lapideo ponte fornicibus 10. accuratiſſima ſtructura confecto, à traijciendo flumine, nomen habere conſtanti hiſtoricorũ ſententia perhibetur. Eius incolas Bethaſios Tacito dictos, Marlianus exiſtimat, qui Cæſaris cõmentaria, indice copioſo illuſtravit. Habet Traiectũ ad Auſtrum ſaltus apricos amœniſſimos, pabulationibus iumentorum aptiſſimos: ad Occidentem & Septendrionem patentes campos ſatorum fertiliſſimos: ad Orientem Moſa eſt infinitis vſibus accõmodus fluvius. Civium pars Epiſcopo Leodienſi pars Duci Brabantiæ paret. vtriq; ſuos ibi habent Præfectos ædileſq; Senatus Romanorum more. Præbet Traiecto plurimũ vtilitatis Iecora fluvius, exiguus quidem ſed ſubinde nivibus reſolutis aut immodicis imbribus ita exundans; vt pagis ædibuſq; vicinis non parũ detrimenti inferat. Proſilit non procul à Centronibus, Tungroſque alluens, Traiectum ſinuoſus ſe confert, in cuius ſuburbio, in duos diviſus alveos, totidem locis oppidum intrat, ibiq; rurſum altero alveo in plures ſe pandente, maximam molitoribus, fullonibus, tinctoribus, coriarijs, alijſq; opificibus, civiumq; domibus commoditatem affert. Demum Franciſcanos præterfluens, omnes ſuos alveos in vnum cogit, ſicq; oppidum effluens, in Moſam ſe exonerat.*

Quin & illud memorabile quod paſſim, in vicinis Traiecto locis, potiſſimum verò in Gronsfeldt, ſabuloſi è terræ viſceribus eruantur lapides, præſtantiſſimi autem in pago Zichen, vtpote duriores ac diuturniores: At deterrimi in Hunnorum monte, in quibus præter Conchyliorum ſpecies, in lapidem induratas, animaliũ quoq; oſſa reperiuntur, vnde conijcere quis poſſit, eos montes ex diluuij æſtibus aggreatos.

Scharen	$\frac{1}{4}$	Schuerle	$\frac{3}{4}$	Lemmees	$\frac{1}{2}$
Bemelen	$\frac{3}{4}$	Gulpen	$\frac{1}{2}$	o. Aken	$\frac{1}{2}$
VVouſis	$\frac{1}{2}$	Vijlen	1		———
Iſern	$\frac{1}{2}$				4

Iter Antverpia Halemum 11$\frac{1}{2}$. Tongeren 5. VVeſetum 3. ſimul 20$\frac{1}{2}$.

Lieram vſq; mill.	3	o. Halen	3	o. Tongren	1
Hoick	1		———		———
Heiſt	1		11 $\frac{1}{2}$		5
Borſchot	1	o. Harc	1	Sluetel	2 $\frac{1}{2}$
o. Aerſchot	2	Steinvort	1	o. VVeſet	$\frac{1}{2}$
	———	Alken	1		———
Rillar	$\frac{1}{2}$	Gingkhoven	1		3

Iter Antverpia Leevvam 12. S. Truyen 1. Leodium 6$\frac{1}{2}$.

Aerſchotum vſque numerantur mill.	8	o. Leevve	1	Lin	1
			———	Fores	1
Hauvvart	1		12	Steencruſe	$\frac{1}{2}$
VVersbeke	1	o. S. Truyen	1	Ans	$\frac{1}{2}$
VVaevre	$\frac{1}{2}$		———	o. Liege	1
Cortenaken	$\frac{1}{2}$	Brueſen	1 $\frac{1}{2}$		———
		Voelen	1		6 $\frac{1}{2}$

Iter Antverpia Machliniam 4. Lovanium 4. Thenam 3. Landen 2. Borchvvorm 3. inde Leodium 5. priore itinere hoc tutius, commodiuſq; propter vehicula & frequentes civitates inde Limburgum.

Berchem	$\frac{1}{2}$	Contyck	1	VValhem	$\frac{1}{2}$
Luythagen	$\frac{1}{2}$	VVaerloos	1	o. Machelen	$\frac{1}{2}$
					———
					4

MACHLINIA *vulgò* Machelen *ſitu & opere munitiſſima eſt: præterquã enim quod propugnaculis, mœnibus ac foſſis circũdata eſt: vicina decliviora lo-*

ra loca, aquarum ſeptis recluſis, ita ſtagnantur, vt hoſtibus nullus ad eam aditus pateat. Hæc vrbs ob præſtita in obſidione Noveſienſi Carolo Burgundionum Duci officia, multis privilegijs, etiã ad invidiã vſque vicinorũ eſt donata: vectigaliũ maximè in Brabantia immunitate. Philippus cognomento Bonus ſingulare huius vrbis imperium conſtituit quale etiamnũ manet. Inde ſecundo lapide præclarũ occurrit municipiũ Heiſta colli impendens, cum appendicibus 7. caſtellis Machliniensiũ, territorio circumſcriptum cætero qui per ſe liberum, & omniũ rerũ immune. Habet inſuper hæc vrbs ſuas minimè vulgares dotes, aëris multã clementiã & ſalubritatem, incolas ſermone blandos moribus manſuetos, comes, civiles. bellicoſos cum res exigit: placet in hac vrbe virorũ multitudo, placet mundicies: habet concilium Regiũ, quod Flandris, Atrebatibus, Hollandis, Zelandis, Namurcenſibus, Lucepyrgen. Valencenenſibus, poſtremo illis qui litigioſa illa prædia colunt, in Flandriæ Hanoniæq; confinijs collocata (de quorũ iuriſdictione & iudicatu Flandri & Hannonienſes pertinaciter inter ſe contendunt) ex domeſtico foro provocare licet. Friſij item, Occidentem Solem verſus qui ſpectant, ac vltraiectini, paucis ab hinc annis, hunc ipſum agnoſcunt Senatum, tanquã recognitorem civiliũ cauſarũ, quas ipſi ante iudicaſſent. Hic ex formula Prætoria Thyaſus torquatorũ item ſiſtitur. Lites controverſiasq; omnes tam civiles quã criminoſas, ſemel iudex definit, nulla provocationis prorogatione aut gratia, ſtante interim ſemper ſua Curiæ Bruxellanæ, in cauſarũ recognitione, prærogativa ac auctoritate. Illo ipſo in foro, in gratiam maximè peregrinorum Gallicè litigatur.

Muſen		Meerbeec	1	o. Loven	1
Heveren	1	Tieldonc	1		4

LOVANIVM vulgò Louen/ Brabanticarũ vrbium caput, celebre literarũ ac artium Emporiũ, amplitudine Coloniam Agrippinã in Germania, in Francia Lutetia Pariſiorũ ſuperare dicitur: intra mœnia enim in circuitu miliar. a Italica quatuor habere dicitur, Cœli & aëris benignitate nulli aliarum cedit. Hic intra muros, libera prata, vineæ, horti ſpacioſi, agri, pomaria, campi, dumi, ſaltus, paſcua, parva ſylvulæ parva nemuſcula. Nuſquã terrarũ locus eſt, qui magis videatur mereri, vt ſit ſacrum Muſarum domiciliũ. Conferantur omnia, quotquot ſunt literarũ Gymnaſia, vel in Italia vel in Hiſpania, vel in Gallia, vel in Germania, nullũ invenietur quod huic par dici queat. Habet hæc vrbs ſacras ædes plurimas, vnã D. Petri, ſtructura tam eleganti, vt Architectorũ iudicio, nullã pluribus locis invenias pari politia: E cõſpectu e us viſitur domus civica sperosiſsima, quæ non vna re teſtatur, olim florentiſsimã vrbem fuiſſe Lovaniũ. Hanc artificij plenã mirantur Galli, Germani, Britani & Itali. Sunt & alia quædã Lovanij non indigna ſpectatu loca, xenodochium ampliſsimum, vbi nunquam non aſsiſtunt ægrotis mulierculæ, ſolatijs refoventes ſingulis, atque adferentes, quod cuiq; è valitudine eſſe conſtiterit. Eſt alio loco digna principe domus, quam extruendam curavit

Hadria-

Hadrianus Sextus . Intra mœnia viſitur cœnobium Carthuſianorum, loco, ab omni tumultu, ab omni frequentia ſemoto ita, vt nec eremi ſolitudinem in vrbe magnopere deſiderent monachi. Hoc ædificio,nil ex ea familia vidiſſe ſe quicquã ſplendidius, ingenue fatentur quivis exteri. Ad muros vrbis,qua Machliniam itur,arx eſt inſigni vetuſtate,ad ocium rerumq́; vrbanarũ vacationem Principibus accõmodata. Eodem loco in monte eſt templũ Baptiſtæ ſacrum. E regione arcis, turris eſt in ipſo muro ex candido lapide,eaq́; altitudine, vt inde videri cælo ſereno Antverpia poſſit, octo milliaribus inde diſſita: vulgò impenſa perdita vocatur hac turris. Ager Lovanien. præter frumentũ,legumina,triticum poma,pira,perſica, cæteraq́; ad corporum alimoniã pertinentia, dat & vinum,cuius ea natura,vt non facilè inebriet,non facilè ad arma protrudat,& luctam venereã. Bibant hoc vinum initiati, quos divinæ literæ perpetuo ſobrios & continentes eſſe volunt.

Bouterſſen	1 ½	o. Thienen	1 ½ / 3

THAENE *vulgò* Thienen/ *Brabantiæ oppidum copioſum & amplum ad fluvium Getam. Agro tam cõmodo gaudet,vt rei frumentariæ horreum hactenus fuiſſe,origo & etymologia nominis,manifeſtè cõvincat: decimæ enim,iure Herculano dandæ quas Theinden vocamus illic condebantur, vnde opidum, exemto Delta de more Brabantis frequentiſſimo,* Theinen *nominatur. Hinc & fluvius nomen accepit, nempè ab alimentis ſubminiſtrandis,quæ per ipſum devehebantur. nam* Getas *nulla elementi mutatione,idem ſignificat,quod Latinis dare alimoniã,quod nomen vulgus,vti cætera pleraq́; omnia* Get *adempta poſteriore ſillaba pronunciat. Eſt ſane digna, quæ ad Getam iacet regio,vt antiquo nomine celebretur,non ſolum enim pomorum feraciſſima,ſed copioſo etiã tritici proventu nulli ſecunda: ea in dote ita excellit, vt priſci illi Principes,qui limiti huic ſub regibus Francorũ præſidebant, horreũ ſuum hoc loco habuerint,è quo,cum opus eſſet,annonã ſublevarent, & vicinis eam copia ſua redderent laxiorem,decimis omnibus,cum è locis proximis,tum è tota Asbania convectis,quæ cum lætiſſimis & fertiliſſimis totius Europæ arvis, vbertate certans, nomen Asbaniæ adepta eſt,quo ſignificatur via regia ad alimentũ. Magnam vrbem Thenas fuiſſe, & magnæ olim potentiæ multiſq́; negociationibus frequentem, & hiſtoriæ, & quæ illic hodie viſuntur monimenta declarant,quippe,ter novis aucta mœnibus antequam Sylvaducis eius caſu,ad hoc faſtigium perveniſſet, quarta Brabantiæ Metropolis fuit, ſed ferociſſimis inter Brabantos,Francos & Eburones bellis vexata,capta, everſaq́; non ſemel hodieq́; magna ex parte deſerta eſt.*

o. Landen	2	Gingelum	1	o. Borchvvorm	1 / 3
		Halleſbroec	1		
Niel				Bleret	

Bleret	1 1/2	Ans		Iupil	1/2
Pruſſet		Lecheſnea Cloo	1/2	Heeff	1 1/2
Mommael	1/2	o. Liege	1/2	Au Batis	1/2
Fol	1			o. Limburg	1/2
Ayvvans	1		5		4

LIMBVRGVM *Ducatui, in quo Metropolitica gloria præſtat appellationē præbet. oppidum eſt naturæ beneficio valdè munitum, præcelſo enim & ſaxoſo in monte, in ipſius Ducatus Lymburgenſis medio, velut centrū, ſitum admodū amœnum obtinet. Muro, & idoneis ad defenſionem turribus clauſum eſt, arce etiā munitiſſima firmum. Eius turres, muri ac propugnacula, vivo ex ſaxo (quod nativū ſuppeditat ſolum) conſtructa, ac prærupti montis dorſo impoſita, nec occultis terræ cuniculis everti, nec muraliū machinarum machinis concuti poſſunt, eo quod duriſſimæ rupi inſiſtant, & præcipitibus naturæ clauſtris maximè tuto ſint loco. Sylvis cingitur quercu, fago ac medicatis herbis ditiſſimis. In magna autem convalle, ad montis in quo Lymburgum eſt ſitū baſi, fluvius VVeſa, ipſorū lingua vulgariter VVeſde, maximo incolarum emolumento labitur: is præſtantiſſimis magna copia nobilitatur piſcibus, nempe Truttis prodigioſæ magnitudinis, vmbris, anguillis muſtelis, cancris, & id genus alijs. Fœlix huic oppido eſt ager, omnium rerū ferax, vino tantum, ob inclementiā cæli excepto: paſcuis ſaginando pecori vberrimis, maximè autem iuxta Herviā pagum abundat, delicati ſaporis, & inuſitatæ magnitudinis caſei, Lymburgenſe ſolum cōmendant. Eiuſdem etiā telluris beneficio efficaces colligunt herbas, tam morbis curandis quā eſui accōmodas. Ponderoſum ferunt triticum & zeam, ex qua panem albedine præſtantem conficiunt: Habent & hordeum, ex quo potum, ob vini caritatem, cerviſiā coquunt, quā tam ſitienter tantaq; aviditate ea gens bibit, vt in cōvivijs atq; ſympoſiis ſatis ſit operoſum miniſtris, canthâros ac phyalas promptè implere. Ager Lymburgenſis multis plumbi ac ferri fodinis præſtans, cultores opum affluentia nobiles reddit. Quin etiā Calaminaris lapis, Plinio in re medica cōmendatus, ex terræ venis, iuxta ſacrā Henrici ædiculā in ſylva Aquenſi eruitur, necnon multis in locis, atra carbonaria ſulphuris particeps terra, fabris ferrarijs & Vulcano domeſtico conſervando admodū vtilis, ex qua globos quos* Cluten *nuncupant vulgò, conformant. Effodiuntur ibidem etiā ex occultis terræ viſceribus, varij generis lapides, inſtar Namurcenſiū, marmoris & Iaſpidis ſpeciem præ ſe ferente, candidis, nigris fuſtis, varijq; generis maculis venuſtè conſperſi, ex quibus Mortaria: menſarum tabulæ, quæ tanquā ſpeculum lucēt politæ: Magnificarum ædiū camini, columnæ, earum capitula coronides, baſes, ſcapi, Principum illuſtriumq; virorū monumenta, aliaq; ædificia videndi ſenſum oblectantia ex hoc marmore conſtructa videntur.*

Iter Antverpia Malmedierum 25½. Hildesheimum 8. Creutznacum 17. Franckentalum 8. Spiram 4. ſimul 70½.

Leodium vſque numerantur mill.	19 ½	Drees	2	VVilſtain	1
Ramey	1	Leech	1	Flamen	1
Zeron	1	Keiſers Eſch	2	o. Altzey	1
Rana	1	Caerden	2	o. Pfedershaim	3
Polver	1	*ad Moſellam.*		o. Franckental	2
Tzar	1	Treis	1		8
o. Malmedier	1	Belſro	1	o. Ogershaim	1
	25 ½	Beilſtain	2	Auff die Hutte	1 ½
Holtzum	3	Oelvveiler	1 ½	o. Speyr	1 ½
Manderſelt	1	Dieffenbach	1		4
Eyermund	1	Gevart	2		
Statkeil	1	Mandel	1		
o. Hildesheim	2	o. Creutznach	1		
	8		17 ½		

Iter Antverpia Spaam.

Vide tabulam Brabantiæ.		Cheine	½	Re	1
Leodium vſque numerantur mill.	19 ½	Beſſay	1	Spa	1
Grevigne	½	Gomze	½		
		Lovegne	½		24 ½

Iter Antverpia Hannuyam 14. Huyum 3. La Roche 8. Baſtonam 3½. Lutzenburgum 9½. ſimul 37½.

Thenam vſque numerantur mill.	11	*Vide tabulã Treviren. Epiſ. & Lutzenb. Ducatus.*		Harlion	1
Opheſum	1	Trois maiſons	2	Breton	½
Pollain	1	Medaef	1	Roule	½
o. Hannuye	1	Enelle	1 ½	Mande	½
	14	Rendues	2	Sary	½
Falais	1	Selle	1	o. Baſtoigne	½
VVaens	1	o. La Roche	½		3 ½
o. Hoey	1		8	Hardenge	1
	3			Bendort	½
				Linden	

Linden	1	Hapſcheid	1	o. Lutzenburg	1
Rechlingen	1 ¼	Born	2		
Nerdingen	1	Menſcha	1 ½		9 ½

LVXEMBVRGVM *vulgò* Lützenburg/ *civitas Metropolis Ducatus Luxemburgenſis, quam Ptolemæus Auguſtã Romanorum nuncupat, ethymologiam ſortitur, ſecundum Latinos à Luciburgo, quia illius provinciæ incolæ, præ cæteris, idolomaniæ præſtigijs Lemurũ effictæ penitus mancipati fuerint. Hæcq; vrbs hoc nomine reliquis, inſtar* LVCIS *præfulſerit, vnde & Lucisburgum, tanquam Lucis arx appellari meruerit, à Sole, quem luminũ patrem, & omniũ planetarum caput cognominant. Sita Luxenburgum eſt cõmodo, forti & amplo loco, varijs ædificiorũ ſtructuris quondã conſpicua, ſed propter infauſtam belli cladem deſtructa, quæ haud commmodè à civibus bello exeſis reſtaurari potuerũt. Prima huius vrbis incunabula, temporibus Othonis Magni Aug. caſtellum ſolum extitiſſe fertur, quod cum Sigifridus quidam, ſive vt alij malunt Gilbertus, Ricuini Arduennenſis filius, ab Abbate cœnobij S. Maximini Trevirenſis obtinuiſſet, eo ampliato, cõſenſu Brunonis Ducis Lotharingiæ, qui Othonis Imp. frater erat, Comitatum Lucemburgicũ inſtituit. Venceslaus tandem frater Ioannis Lucemburgici, ex authoritate Caroli IV. Aug. cuius erat patruus, Ducatus titulum aſſumpſit. Porrò ex hac planicie qua in vrbem primũ aſcenditur, vnico omnino clivo pons eſt lapideus, ſupra Alizontem fluviũ vulgò* Alſitz/ *in rupe deinũ alta & prærupta & ab vtraq; parte viſuntur ruinæ fornicũ arcis veteris, quæ Luxenburgũ olim fuit, vel vt quidam volunt Lutzelburgum, vnde & nomen mutuatã vrbem ferunt. Eſt hic celeberrimũ cœnobium quod vulgò* Münſter *nominãt. Ex eo paulatim in vrbem ipſam quã recentiorem nuncupant aſcenditur, vetus enim quæ dicitur, ad huius rupes radices, à ſiniſtra, in profundiſſima valle, pro ſuburbio nunc habetur. Vrbs cum ob vndique impendentes montes præaltos, ægre defendi poſſet, pro ea qua nunc vtuntur oppugnationis ratione, placuit in loco altiore, vnde plurimũ noceri poſſet, & vrbem & caſtrũ, id condere, quod recens vocant mœnibus & propugnaculis egregiè munitũ, vt ea nunc paſſim ſolent erigi, ad excipiendos machinarũ tormentariorum impetus. Cum ſalienti careat aqua, ciſternas habet hæc vrbs, ducenta vel trecenta plauſtra continentes in quibus aquã pluvialem colligunt. In ea vrbe magnificã domum exſtrui fecit Illuſtriſſ. Comes Petrus Erneſtus Mansfeldius. Præter cætera, quæ, pro tam magnificæ domus captu cõſtructa iam aut aſſurgere adhuc videntur, Porticus inprimis amplæ conſpiciuntur, ad id deſtinata, vt in eis reponantur, quæcunque Comes nanciſci poſſet, antiquitatis monumenta, quorum magnã habet copiam, ex diverſis locis, Arlunio inprimis petitam. Sunt autem maxima ex parte ſimulachra Deorum gentilium & epitaphia, quæ in crepidine fontis, illius pulcherrimi, ac claritudinis eximiæ, (quo dilectæ quondam coniugis Mariæ memoriæ conſervat) ſic ſunt pari intervallo diſpoſita, vt liber ſit ab omni parte, ad ſingulos lapides acceſſus, & inſcriptiones, quibus temporũ iniuria minus nocuerunt, cõmodè legi poſſint. Ad*

Waſſerbillich/*Sira fluvius, Moſella confunditur, & ſua habet ad ipſum oſtium vineta. Hinc nõ procul in eademq; ripa Pagus eſt* Igel *vulgò nominatus, vbi in eminenti loco ſpectatur nobiliſſimũ veneranda antiquitatis monumentũ, quo nec cis Alpes inſignius aliud exſtare æſtimatur, quodq; ipſis Italis poſſet oſtentari. Moles eſt lapidea, ex quadrata baſe pedum 12. ſenſim aſſurgens ad 74. altitudinem, tota ab omni parte varijs imaginibus ſemiplanis inſculpta: in faſtigio aquila reſtat fragmentũ, globo inſidentis, cui expanſa ala: ante pectus velum fuiſſe apparet. Eſt hæc moles loco bene conſpicuo in agroq; quadrato, quem & huic monumento attributum (vt veterum erat circa ſepulturas cõſuetudo) iudicatur: quo iure etiam hoc tempore manet nec ad vſus alios occupatur.*

Iter Antverpia Pervveſium 12$\frac{1}{2}$. Namurcum 3$\frac{1}{2}$. ſimul 16. mill.

Vide tabulam Brabantiæ.		Maber	1	Tillon	$\frac{1}{2}$
Lovanium vſq; numerantur mill.	8	Pervveiſs	1	Matignée	$\frac{1}{2}$
Hamme	1$\frac{1}{2}$		12$\frac{1}{2}$	Falize	1
Longevile	1	Aiſs	$\frac{1}{2}$	o. Namur	1
					3$\frac{1}{2}$

NAMVRCVM *vulgò* Namur / *Comitatus Namurcenſis vrbs præcipua, originem nominis ſatis habet obſcurã. Aliqui à Romanis, tanquã inexpugnabilem rupem, exſtructã eſſe referunt, ipſos novũ murum nominaſſe, vnde poſtea Namurci, ſive vt alij perhibent, Namurra appellatio, corrupta ſenſim voce, facta ſit. Sita eſt inter duos montes Namurcũ ad lævam Moſæ ripã. Ad occidentem Sambra fluvius Namurcenſe oppidum alluens, id duas in partes interſecat, Moſa pertranſit, exituq; deinde ſuo, in eam ſe regurgitat. Pulchra eſt & amœna eſt vrbs, parceq; loco edito conſpicua, longius ſe videndã præbet. Ornatur hæc civitas, multo abhinc temporis illuſtri Comitatus titulo, annuoq; nec exiguo proventu, quondã Marchionatus dignitate cõmendata. Sedem in ea perpetuã fixit, totius huius Comitatus conſiliũ quod appellant, delectorum litibus iudicandu virorũ, à quo tamen ad Mechlinienſem Principis Senatũ provocatur.*

Iter Antverpia Vueram 8. Gemblourſium 4$\frac{1}{2}$. Carolomontium 7$\frac{1}{2}$. ſimul 20.

Machlineam vſque numerantur mill.	4	Oueryſche	1	o. Foſſe	1
Percken	1$\frac{1}{2}$	Roſieres	$\frac{1}{2}$	Deve	1
Noſſegem	1$\frac{1}{2}$	Niel S. Vincent	2	Sernelle	1
Vueren	1	o. Gemblours	1	Mauren	1
	8		4$\frac{1}{2}$	ar. Charlemont	1$\frac{1}{2}$
		o. Iemeppe	2		7$\frac{1}{2}$

CHARO-

CHAROLOMONTIVM *ſive* Mons Caroli, *vulgò* Chariemont, *Auguſtum eſt Comitatus Namurcenſis opidolũ, Marieburgum vicinum, pulchre admodũ in monte collocatum, ad ſiniſtrã fluminis Moſæ ripam, quo in loco prius Givetum vicus non ignobilis, ſitus erat. Nomen accepit à Carolo V. Cæſare, qui volens hoc ditionis atq; imperij propugnaculũ obijcere Marieburgo, à Gallis tum occupato id condidit anno domini 1555.*

Iter Antverpia Vilerſium 12½. Philippopolim 8. ſimul 20½.

Vueren vſq; in præcedenti itinere numerantur mill.	8	ab. Vilers	1	Morianne	1
Overyſch	1		12½	S. Aubain	1
Hulpe	1	Troit loup	2	Iamaigne	½
Chenival	1½	Telon	1	o. Philippeville	½
		Chaſtelet	1		8
		Ort	1		

PHILIPPOPOLIS *vulgò* Philippeville, *nomẽ cum ortu anno Ch. 1555. à Philippo Rege Hiſpaniarũ ſortitũ, vnius à CaroloMontio ſive Caroli Monte, Marieburgo ſeſquimiliaris intervallo diſtans, opidum eſt, ſi quodpiam aliud, firmiſſimo murorũ ambitu, propugnaculis, machinis muralibus cæteriſq; omnibus, quæ ad diurnam obſidionem perferendã neceſſaria ſunt munitiſſimũ. Eo namq; abs Hiſpaniarũ rege excitatam fuit, vt invictum eſſet adverſus Gallos, Marieburgũ tum occupantes vallum ac propugnaculum. Medio latam habet areã Nundinis hebdomadatim celebrem, ad quam omnes opidi plateæ, decenti ornatu, tanquam ad centrum conveniunt.*

Iter Antverpia Vilvordiam 6. Bruxellam 2. Nivellam 4½. VValcuriam 7½. Marieburgum 4. ſimul 16½.

Mechlineam vſque numerantur mill.	4	Eppingen	½	Heembeke	1
Vide tabulam Brabantiæ.		o. Vilvorden	½	Lakenbrugge	½
Semps	1		6	o. Bruſſel	½
					2

Aliud iter Antverpia Bruxellam.

Hoboken	1	Capellen	½	Lakenbrug	½
Schelle	1	Humbeke	½	o. Bruſſel	½
Niel	½	o. Vilvorden	1		7
Ruyſbroeck	½	Hembeke	1		

BRUXELLA vulgò Bruſſel/vrbs Brabantiæ celeberrima, gemino eoq; ampliſſimo murorum ambitu cincta ea eſt, magnitudine vt Lovanio, quã à Cœcia reſpicit parum cœdat ſitu locũ occupat amœniſſimũ; agro bene culto, nemoribus ac pratis vndiq; circumdata eſt. Intus partim in colles leniter aſſurgit, partim ſe in planiciẽ pandit: Mediã Sena fluvius interlabitur, quo, antequã novus alveus, quem vulgò die Vaert dicunt, navigia in Deliam deſcendebant, Antverpiã perventura. Novus ille alveus per quinq; milliaria recto tramite in Deliã Ducit. Quatuor is cataractas verſatiles quaſi portas, vulgò Saſſen/habet, ũis ſingulas locis cõmodè diſpoſitas, quibus tantũ indies hauriunt aquæ retinentq;, quantũ ad quotidianã navigationem ſatis eſt, & ne in Deliã, amnis totus effundatur, impediunt: Principium enim foſſæ ad vrbem Bruxellenſem quadragenis duobus pedibus, oſtium aquæ altitudine ſuperat. Conſtitiſſe Bruxellenſibus vltra octingenta flor. millia affirmatur. Opificiorum in hac vrbe genera ſunt 2. & 50. in novem tribus, quas Natien vulgò vocant diſtributa. Primaria ex his ſunt armifabrorũ & Polimitariorũ: Hi Aulæa & picturas textiles, aurò, argento, ſerico & multiplici opere acu contextas, vniverſæ ferè Europæ divendunt: Illi armorum vario genere fabricando præſtant, non modo multifariã expoliendo, ſed ea etiã ſubtilitate, ferrũ chalybe temperando, vt thoracas, galeas, ſcutaq; ſtic invenias, ſclopetu ictu impenetrabilia. Delubra, ædes ſacras, atq; omniũ ordinũ Fana mire ſtructura artificio & ornatus varietate præclara Bruxella oſtentat, inter quæ Baſilica D. Gudulæ propter inſignem ſtructuræ magnificentiã maximè excellit. Aedificiorũ operumq; cum publicorum, tum privatorũ generatim Bruxellæ æquabilis eſt vndiq; Symmetria, qua in primis præſtat curia municipalis. Superba hic quoq; videre eſt variorũ Heroum, Belgarumq; magnatũ tecta. Omniũ verò operum vniversè longeq; præſtantiſſimũ eſt, Prætoriũ vel Palatium ea magnificentia exædificatũ, vt licet, ad antiquũ exemplar vndiq; abſolutũ non ſit, Regiæ tamen Maieſtatis dignitatem ſatis præ ſe ferat; idoneã Curialiu ſedes, & peroportuno loca poſita. Huic adhæret ampliſſimus circus perpetuo muro clauſus, ad extrema vſq; vrbis mœnia extenſus, qui omni delitiarũ genere Regibus, Principibusq; & quavis nobilitate conſpicuis digno, copiosè abundat. Miſſas hic facimus varias & privatorũ civiũ & nobilium egregias domos, inſtructiſſimos etiã hortos, ijs quaſi villæ adiunctos, vnde non ſolũ quæ ad quotidianũ vſum requiruntur, ſed etiã quidquid ad voluptatem cõparari ſolet, abundantiſſimè ſuppeditatur. Præterimus tot limpidiſſimos fontes, quibus hincinde per plateas puriſſima aqua, quibuſvis ad neceſſitatem ſubminiſtrata, gratũ oculis ſpectaculũ præbet. Claret etiã Bruxella Vicecomitatus titulo, æternaq; ſedes eſt ſummi totius Brabantiæ Senatus, quem Cancellariã vocant, Nomophilacia dici poſſet. Præcipuã deniq; laudem Bruxellana Reſp. meretur, quod anno ſalutis 1576. & 77. dũ civilibus quateretur motibus Brabantia, atrociſſimi Iberi conatus, quando huic potiſſimum vrbi inſidiabantur, forti prudentiq; animo repreſſerit.

Vide

Vide tabulam Brabantiæ.		Sille	2	Tille chaſteau	1
Linkebeke	1 1/2	Traſignies	1	o. VValcourt	1
Halſenbergen	1/2	Fontaine	1		7 1/2
VVoultre branie	1	Gamignon	1 1/2		
o. Nivelle	1 1/2				
	4 1/2				

VALLECVRIA *vulgò* Walcourt / *egregium Comitatus Namurcenſis opidulum à Metropolitica Namurcenſi vrbe, ſeptimo miliari diſtans.*

Vide tabulam Hanonniæ.					
Dachen	1.	Villerij egliſe	1.	ar. Marieburg	2
					4

MARIEBVRGVM *à Maria Hungariæ regina, Caroli V. iuſſu conditũ, ſitum eſt inter duos fluviolos: nomen alteri Gallico ideomate Alba, cui propinquũ eſt ad teli iactum, alteri nigra, abs quo dimidiato miliari diſtat. Inexpugnabile id opidũ eſt, & propter ſitum & propter mœniorũ firmitatem, in quibus ita 4. propugnacula erecta, vt figurã opidi quadrangulã reddant. Hic tamen vt alibi, & fidele militũ præſidiũ & ſufficientem cõmeatus atq; annonæ copiã requiras, neq; illum præficias, per quem id accidat, quod anno 1554. cum quidem ignavia imo vt fama obtinuit Riſartoru domini proditione, id opidum in poteſtatem Gallorũ devenit, ſumma cũ ignominia Præfecti, & cum graviſſimo iſtius regionis detrimento.*

Iter Antverpia Thuinum 17. Beaumontium 2. Chimacum 5. ſimul 24.

Nivellam vſque numerantur mill.	12 1/2	Fay	1	Leſſers	1
Vide tabulam Hannoniæ.		S. Aldegonde	1	o. Beaumont	1
Petit Reux	1/2	Eſpinois	1/2		2
Senef	1/2	o. Thuin	1		
			17		

BELLOMONTIVM *indigenis ſitus amœnitatiſq; cauſa dictũ Beaumont in pulcherrimo quodã monte, abs quo & nomen habet, in Hannonia ſitũ. Parvũ id certè oppidulum, ſed amœnũ & venuſtũ, iuris quidem & dominij Ducis Arſchotani, olim portio hæreditaria, ſecundi Hannonũ Comitis, ex quo & Comitatus dignitatem habet.*

Vide tabulam Hannoniæ.		Trois chapel	1	o. Chimay	1
Rully	1	Le vaul	2		5

CHIMA-

CHIMACVM vulgò Chimay, *territorii Hannoniæ opidum ad Albã fluvium in nemore ſitum, civiũ ædes habet ſumptu atq; ſplendore mediocres, & Principes palatiũ vna cum hortis mirũ in modum elegantibus & amœnis. Principatus etiã titulo inſigne eſt, ex quo Arſchotanus Dux, cuius eſt dominij, principis adpellatione ſalutatur. Opidum hoc bellis ſuperiore tempore cum Gallis geſtis non ſemel vexatum, ac dirutum, nunc ita reſtauratũ eſt, vt longe quam antea pulchrius ſit atque firmius.*

Iter Antverpia Hallam 11. Montes Hannoniæ vulgò Mons en Hennault *7. Aveſniam 6. Fanum in Tieraſia vulgò* Chapelle en Tiraſſe *3. ſimul 27.*

Vide tabulam Brabantiæ.		Breucken	½	Geneſtre	1
Bruxellam vſque ſunt mill.	8	o. Halle	½	Braine le Conte	1
Vorſt	½		11	*ad ſiniſtram.*	
Ruyſbroeck	1	Lembeke	½	o. Soignies	1
Laeſt	½	Tubeke	½	o. Mons	3
					7

MONTES HANNONIAE, *vulgò* Mons en Hennault, *vrbs potens & ampla eſt. Ex eius nomenclatura intelligi poteſt, præcipuã vrbiũ faciem nunc in colles aſſurgere, nũc vallibus deprimi. Ad fori crepidinem fons eſt, magno totius populi cõmodo proculductus. Nã ſupra Dionyſij in Broceria (Paludes ſunt) ortum habet, ligneis fiſtulis maxima arte cõpactis, quæ fluvium Hainã & citeriorem ſylvulam tranſmittunt. Hæc vrbs, ſi qua alia, natura & propugnaculis munitiſſima, foſſis vndiq; circũdata eſt, & vna haud temere parte, obſidionis impatiens. Gens ab huius ætatis vitijs, ne dicã, prorſus aliena, ſed tamen comitatis & benevolentiæ magiſtra, in tractandis amicis, & excipiendis hoſpitibus, ſummã agnoſceres humanitatem: imo quorũdam ædes, munificentiæ & liberalitatis officinæ potius, quam privatæ domus optime iure cenſeri poſſent. Egreſſis vrbe, offert ſe iucundiſſima deambulatio, & ferme quaquaverſum ornatiſſima ſuburbia, & ſylvæ.*

Vide tabulam Hannoniæ.		o. Mabeuge	1	Le Borget	1
Boignes	1	Beaufort	1	Aveſne	1
Goignies	1				6

AVENIA, *vulgò* Aveſnes, *ſitu occupat fluviolum Geptam. Splendidum hoc & valde firmũ Hannoniæ opidum, Comitatus vt vocant dignitate cenſetur. Id, cum nuper adhuc in dominio eſſet Ducis Arſchotani, Hiſpaniarum Rex æqua ei compenſatione facta ſibi vendicavit. Cum enim ad Galliæ regni limites pertineat dominis potentiores defenſionem atque tutelam neceſſariam habet:*

VVar-

VVarpont	1	Flamengri	1	Tirraſſe	1
Perou		ar. Chappelle en			3
Bouly					

Iter Antverpia Bavaium 21¼. Landrechium 4½. Guiſiam 5. ſimul 30¾.

Montes Hannonię vſq; numerantur mill.	18	Hay	½	o. Armeries	½
Gralin	1	o. Bavay	¼	o. Berlamont	½
Laronfoſſe	¼		21 ¼	Saſligne	½
Bleran	½	La Porquere	1 ¼	o. Landrechies	1 ½
					4 ½

LANDRECHIVM *vulgò* Landrechies, *exiguũ eſt quidem Hannoniæ eſt opidũ, ſed firmiſſimũ, quod Carolo V. Cæſari anno 1543. reſtiterit, Gallis ipſum occupantibus, valdè famoſum. Id exinde Galliæ rex, Duci Arſchotano, cuius erat ditionis reſtituit, cũ quidem inſequente anno Crepinij pax conciliata eſſet. Sed ita poſt Cæſar cum duce tranſegit, vt opidũ hoc in ſuum ius ac dominiũ tranſcriberet, Duci eius nomine compenſationem ex æquo & bono faceret.*

Bours	1	Hanap	1	o. Guiſe	1
Doren	1 ½	Leſquielle	½		5

Iter Antverpia Queſnoyum 23½. Caſtrum in Cambreſio 3. ſimul 26½.

Bavaium vſque in præcedenti itinere	21 ¼	o. Queſnoy	¾	Foreſt	1
Ramiſeau	1		23 ¾	ar. Chaſteau en Cãbreſis	1
S. Vaaſt	1	Nuefville	1		3

Iter Antverpia Denremundam 6. Aloſtum 2. Nienovam 2. Gerardmontem 2½. Leſſinam 1. Atbum 1½. Condatum 5. Valenchenas 2. Cameracum 6. ſimul 28.

Vide tabulam Flandriæ.		*Aliud iter.*		Opperduyt	½
Crubeke	1	naviga vſque		VVieſe	½
Baſel	½	Dreygoten	4 ½	Herderſſen	½
Temſche	1 ½	Moeſche	1	o. Aelſt	½
Hamme	1	o. Dendermonde	1		2
o. Denremonde	2		6		
	6				

reſt Ab altera parte, mons ita eam munit, vt propemodum inexpugnabilis habeatur, nec verò poteſt niſi binis caſtris obſideri. Magna & amœna vrbs, pulchris ædibus, cœnobijs atque templis auguſtiſſimis plena, quorū duo, vnum Deiparæ Virgini: alterum D. Ioanni nuncupatum, reliquis præcellunt; poſterius hoc à Pipino Galliæ & Auſtraſiæ Rege conditum. Cum autem ditiſſima hæc ſit civitas, cum cives quoque habet ita mercaturæ ſtudioſos, vt & domi & foris plurimum negocientur, arteſq; varias, & complura opificia tractent, ſed inprimis eius conficiendi texti, quod lingua gentis dimidiatū oſtadium, quodq; inverſum appellatur. Hic plures conditi ſunt nobiles, ac principes viri, quam vllo alio, totius Belgij loco, quod hodie magnifica ipſorum mauſolea declarant. Habet verò iſta vrbs Prætorium atque auguſtalem ſtatum, ab Hannoniæ Comitatu ſeiunctū, quo fit, vt in iuris diſceptationibus, ab eius Tribunali, non Montes Hannoniæ, ſed Machlineam provocetur.

Vide tabulam Hannoniæ.		Aveſnes ſecq	1	o. Cambray	½
Thian	1 ½	Yvvayr	1 ½		
Noyelles	1	Eſtandoure	½		6

CAMERACVM vulgò Cambray, *vrbs Imperialis & Epiſcopalis in medio quaſi Belgio ſita, Arce & mœniorum ambitu, adeo munita, vt vna ex primarijs iſtius provinciæ vrbibus habeatur. Vetus Samorabrina putatur, vbi Cæſar totius exercitus nervum, obſides civitū, literas publicas, frumenta, & res ſibi caras, tanquā in firmū, tutumq; locum collocare ſolebat. Mercatura nobile eſt Cameracū; Epiſcopatus autem Cameracenſis, multo tempore cū Atrebatenſi coniunctus & vnitus fuit.*

Iter Antverpia Bouchainium 24. Bapamam 10 ½. Corbeiam 9. ſimul 43 ½.

Condatum in præcedēti itinere vſque numerantur mill.	19	o. Hourdaing	1	Sars	1 ½
Aubri	1 ½	Neufville	2	Duion	1 ½
Denaing	1 ½	Fontaine	1 ½	o. Encre	1
Soing	1	Bourlon	1	Bay	1 ½
Roelt	¾	Lagicourt	2	Melly	1 ½
o. Bouchain	¼	Vauls	1	Bonnay	1
		Aubin	1	o. Corbie	1
		o. Bapames	1		
	24		10 ½		9

Iter Antverpia Leuzenam $16\frac{1}{2}$. *Fanum Amandi 4. Arleuxiam 6. ſimul* $26\frac{1}{2}$.

Leſſinam vſque in præcedenti itinere Cameracũ verſus ſunt m.	$13\frac{1}{2}$	o. Lenze	1	Vaulegne	2
			$16\frac{1}{2}$	Villers	2
				Manſicourt	$\frac{1}{2}$
Oſys	1	o. Briſocil	$1\frac{1}{2}$	o. Arleux	$1\frac{1}{2}$
Hontain	1	Obye	$1\frac{1}{2}$		6
		o. S. Amand	1		
			4		

Iter Antverpia Dornacum 19. Orchiacum 4. Duacum 4. Atrebatum 6. Ambianũ 13. ſimul 46.

Vide tabulam Flandriæ.		Sottegem	1	VVatripont	$\frac{1}{2}$
Aloſtum vſque numerantur mill.	8	Eelſt	$1\frac{1}{4}$	Meinart	1
		Segelshem	$\frac{1}{4}$	o. Tournay	2
Reſegem	2	ba. Schoriſſe	1		
Herzele	$\frac{1}{2}$	ba. Ronſſe	$1\frac{1}{2}$		19

TORNACVM *vulgò* Tornay *à tempore Iul. Cæſaris ſub Romanorũ imperio fuit, vſque ad Clodoveum Pharamundi filium, Francorũ Regem, qui Rheno Moſaq; ſuperatis ad Schaldũ vſque flumen pervenit, ac cæſis, expulſiſq; Romanorum præſidijs, Tornacum & Cameracũ cœpit, circa annũ ſalutis 445. Sed idem Clodoveus, à VVandalis, Alanis, Suevis & Burgundis, quos Stilicon Senato, Romanus, Honorij Imp. ſocer, ad id in Gallias inviarat, coactus fuit, in patriũ ſolum retrocedere: abducto ſecum belgico populo: demum Clodoveus Francorum Regũ primus fidem Chriſtianã profeſſus, anno Domini 639. devicto Gilonis filio Sueſſionen. provinciæ Gubernatore, à Romanis conſtituto, quidquid in Belgio tum parebat imperio, ſuæ ditioni ſubdidit. Ita Tornacum ſub Gallorũ poteſtate manſit vſq; ad annũ 1513. quo eam Henricus Anglorũ Rex cœpit, ſed anno 1518. Franciſco Francorum regi eius nominis primo eandem reſtituit. At demũ anno 1521. ab exercitu Caroli V. Imp. vti Flandriæ Comitis imperatum facere coacta, Flandriæ aſſerta eſt. Ampliſsima civitas Tornacum ſemper fuit, varijs mercimonijs & negociationibus abundans. miri ingenij alit artifices, qui quotidie novas merciũ excogitant formas, adeo, vt ſi quadã merciũ ſpecies, in deſuetudinem abierint, novis, quæ in vſu, & gratæ ſunt, excogitatis, nunquã deeſt, quo plebs pauperior, artificio novo victũ ſibi quærat: Vnde mirandũ non eſt, quod Tornacum tot hoſtiũ incurſiones, & rerũ mutationes, diverſis temporibus paſſa, paucis annis poſt ſingulas mutationes, priſtinũ decus facilè recuperaverit. Potens enim eſt non ſolũ civium opulentia, ſed ipſius etiã vniverſitatis potentia, quæ bona maxima, & cenſus annuos præ cæteris Belgij civitatibus poſsidet, & merũ imperiũ, quod Altam iuſtitiam vocãt ſuumq; magiſtratũ habet exercetq; excluſo Regis officiario. Aedificia habet plurima multo antiquiſsima*

ad eam

ad eā formā, qua maior ædificiorū pars Coloniæ Agrippinæ conſpicitur, & putantur à Romanis in eā ratione inſtituta. Inſignem habet Eccleſiæ Cathedralis Baſilicā, in meditullio quaſi ſitā Deiparæ Virgini ſacrā, 5. prealtis turribus, formā crucis Burgundicæ referentem. Eius chorus, præ cæteris aliarū Eccleſiarū Cathedraliū, Provinciæ Rhemenſis, imo totius Belgij merito laudatur, cū ab amplitudine, tum à ſumma fornicis elevatione, & lucis claritate. Tanta eſt hæc civitas, vt cū ſuo territorio vulgò dicto le Torneſis, *per ſe conſtituat vnā provinciā Belgij, quæ vocem ſemper habuit in cōventu Ordinū Belgij, non minus ac Brabātia aut Flandria, & aliæ maiores provinciæ. Aër illic ſalubris ac ſubtilis. Ager circū vicinus pratis nemoribusq; abundat: gleba eſt fertili, tritico quippe ferendo, longe fœcundiſſimus. Non ſunt illic paludes, non aquæ ſtagnantes, nullæ myricæ aut terræ ſteriles.*

Technie	1 ½	o. Orchyes	¾	Pont à Raſſy	2
Monchyn	1 ½			o. Dovay	1
Nommees	¾		4		4
		Contys	1		

DVACVM *vulgò* Dovay *vrbs, Flandris, Hannonijs & Arteſiis vicina, videtur eius eſſe gentis, quā Cæſar Catuocos appellat. Flumen Scarpa per mediā ſe vrbem diffundens alveis eam pluribus diſtinguit. Copioſa eſt vrbs & firma, habens aquarū ſcatebras, domos, veteres illas quidem, ſed ornatu ac ſplendore non poſtremas: templa verò auguſta, idq; inprimis quod Virginis matris nomen habet pervetuſtū eſt: quippe Clodovei Regis Galliæ temporibus eos Arcanolto Regni Curatore, (ſeu vt alij appellare malunt) equitū magiſtro conſtructū. Cū Inſulis & Orchiaco vnū Flādriæ ſtatū facit. Remp. habet optime conſtitutā, & ab alijs municipijs plane diverſam: Concurrunt enim in ea Repub. tria regiminū genera. Monarchia, nempè Ariſtocratia & Democratia. Ab paucis annis mœniorū vrbis forma prorſus immutata; non enim duplicata ſunt, ſed perpetuus altuſq; agger, duplici aqua munitus, vniverſam vrbem circundat. Templa habet non pauca eximiæ vetuſtatis. Frugū hic maximus mercatus: cōvebuntur autem ex Auſtrebanenſi & Arteſiaco agro. Lanarū peculiari colore tingendarū ius habet. Ager eſt ſupra Duacū, Atrebates vſque cōpaſcuus atq; arabilis, ac rara in proximo ſylva. Genus hominū hic, nil minus quā effeminatū, proinde pugnax; itaq; propellendi hoſtes ſpem, nō collocant in adſcititiorū militū centurijs, quin prius habent ſuum defraudare ærariū, ſuoq; diſcrimine, ſuperſtitem ſervare vrbem, quā alieno ferocire præſidio. Philippus Hiſp. rex, celebrem hic Academiā multis immunitatibus & privilegijs donatā inſtituit, quæ quidem maxima huic vrbi ornamenta conciliat, cum ex paupere municipio, opulentam vrbem, ex tigurijs & caſis, ædes magnificas & inſulas; ex parva deniq; magnā effecerit. Invexit mercimonia, opes, prudentiam toti, demū Belgio, præcipuè vtilis, in qua cum omnium facultatum ſcientia, eadem opera etiam linguam Gallicam ſtudioſi addiſcunt, quæ in omnibus fere Belgij Aulis & tribunalibus, paſſim res forenſes tractantur, & mercatores in negocijs aliquando libentius quam ſua vtuntur.*

Mont Auba	$2\frac{1}{2}$	Hermain	$1\frac{3}{4}$	o. Arras	$\frac{1}{2}$
Gaverelle	$1\frac{1}{2}$				
					6

ATREBATVM *vulgò* Arras,*vrbs eſt maxima & politica dignitate clara, adeoq́ue cum naturali ſitu, tum propugaculorũ, murorum & turriũ præſidio munita, vt non niſi longiſſima obſidione expugnari facilè queat. Dipolis eſt, nam pariete media ſcinditur & ſecernitur. Earum pars vna Antiſtiti nimirũ obnoxia civitas vulgò vocatur: altera quæ regem Dominũ agnoſcit, vulgò Villa* (Ville) *dicitur, ea vrbs eſt: interim civitas, vrbe minor anguſtiorq́ue, tamen propugnaculis, molibus, & opere firmiſſima eſt, & affabrè facta Vbi Cathedra fama celebris, Mariana, ac inibi Bibliotheca, manu ſcripta: Libri verò omnes Theologici. Epiſcopus in hac ſua civitate Atrebatenſi, ſingulare habet imperium, hoc eſt, Magiſtratus creat, Leges irrogat, Ius dicit vniversè: denique tam profanarũ quã ſacrarum rerum Dominus eſt, Patronum tamen Atrebatum* Comitem *recognoſcit. Vrbs ampla eſt inprimis, ac ſitu & opere Arx habetur, quã niſi longinqua obſidione non facilè quis capiat. Platea hic aperta, forum ſpatioſum. Vedaſtinorum ſodalitij cœnobium & inibi, divitijs reliquas omnes monaſticas ſocietates longe antecellit. Nam vectigal ei immenſum, nempe vicena ducatorum millia, & eo amplius. Deinceps, multa paſſim templa, apprimè ornata, cultaq́ue. Domicilia civium appoſitè facta & cõmoda, eoq́ue magis admiranda peregrinis, quod Hypogea in omnibus, & ipſa affabrè facta. Pavimento nimirum aut lithoſtrato aut lateritio, eaq́ue altè effoſſa de induſtria: Bello enim æſtuante & hoſte mœnia tormentis concutiente, cives in ſubterraneis illis ſedibus, extra telorum iactum, cum omni re ſua, incolumes, facilius ferunt tolerantq́ue obſidionem.*

Manchicourt	$\frac{1}{2}$	Fomvilliers	2	Au bois S. Gratien	$1\frac{1}{2}$
VVarluz	$\frac{1}{2}$	Sady	$1\frac{1}{2}$	o. Amiens	$2\frac{1}{2}$
Ranſſart	$2\frac{1}{2}$	Contay ou Bavelincourt	$1\frac{1}{2}$		
Monchy au bois	$\frac{1}{2}$				13

Iter Antverpia Oudenardam $14\frac{1}{2}$. *Inſulas vulgò* Liſle *10. Baſſy* $5\frac{1}{2}$. *S. Pol* $8\frac{1}{2}$. *Heſdin fert 5. ſimul* $43\frac{1}{2}$.

Denremundam vſque ſunt mill.	6	o. Oudenarde	$1\frac{1}{2}$	S. Pierre	2
Lede	$2\frac{1}{2}$		$14\frac{1}{2}$	S. Ligers	$\frac{1}{2}$
Sunnegem	$1\frac{1}{2}$	Rekegem	$1\frac{1}{2}$	Leens	$1\frac{1}{2}$
Eelden	$1\frac{1}{2}$	Kerckhove	1	Hem	1
Nyſsboucke	$1\frac{1}{2}$	Avelgem	$\frac{1}{2}$	o. Lille	$1\frac{1}{2}$
		Autrive	$\frac{1}{2}$		10

INSVLAE *vulgò* Liſle, *civitas eſt perpulchra & dives, mercatoribus locupletibus frequens, ac opificum mechanicorum Textoriu ingens hic numerus, qui per omnem fere Orbem merces mittum varias, ita vt hæc, poſt Antverpiam ac Amſtelredamum, primas in mercatu teneat. Inſulæ appellationem ex eo, multis perhibentibus obtinet, quod in paludibus olim & ſtagnis, quæ temporis diuturnitate, atque hominũ induſtria, vel ſiccata, vel terra oppleta fuerint, inſula admodu ſita eſſet. Alij narrant ex multis illic circũiectis inſulis, id vrbi nomen acceſſiſſe. Iuxta mœnia, qua regione Arx collocata eſt, labitur fluviolus, qui Lentij Attrebatũ ortus incitato in Septentriones curſu, Diſſelmontij ſe in Liſam confundit. Condidit Balduinus Barbatus Flandriæ Comes anno ſeptimo ſupra Milleſimũ. Barbati filius, Balduinus Pius, ex loco, quod his natus eſſet, Inſulani nomen tulit, & patriã multis auxit beneficijs, muriſq; conclusit anno 1066. Is deinde magnificũ illud templũ, quod à D. Petro nomen habet, excitavit, in quod & ſplẽdidiſſimũ Canonicorũ Collegiũ, ampliſſimo ad eam rem conſtituto cenſu, cooptavit, interq; ipſos Canonicus, Tornacenſem ac Morinenſem Epiſcopos accenſeri voluit. Hæc vrbs prævalidã habet Arcem, in qua veteris Arcis Bucanæ, quæ primũ eorũ qui Regum Franciæ nomine Flandriã adminiſtrarunt, Prætoriũ fuit, reliquiæ viſuntur. Complures hæc vrbs habet municipales provincias, quæ ſuas illuc Rationes refeũrt, Flandriã, Arteſiam, Hannoniam, Namurcum, & Machlineanam ditionem.*

Loo	1	Anchy	½	o. S. Pol	½
Haubordyn	½	Vermelles	1		8 ½.
Beaucam	1	Maſingeres	½	Permont	2
Fournes	1	Horlis	1	Nellet	1
VVicquere	½	Houſdam	1 ½	Marcom	1 ½
Marquilles	½	Dieval	1 ½	ar. Helum tert	½
o. Baſſy	1	Villerole	1		5
	5 ½	S. Martin	1		

HESDINVM *novum vulgò* Heſdin Fert, *nomen habet à Sabaudie Duca; cõparatione Heſdini veteris, ex cuius ruinis conſtructũ eſt. Vetus autẽ Heſdiniu ſitũ erat in ripa fluvij Canche, eratq; inſigni caſtro bene munita, iuriſdictionem habebat ſatis amplã, pagos, ſylvas, poſſeſſiones & vias regias circumiacentes: ceo vero tam ſalubri fruebatur, vt eo animi gratia, tanquã ad ſeceſſum Principes Flãdriæ & Arteſiæ Comites ſecedere ſolerent. Verum quia Caſtrum non erat exſtructum, ad præſentis temporis formam, nõ poterat maioribus tormentis reſiſtere, ita vt ſæpe præda fuerit fortioribus. Itaque accidit anno 1553. ducente exercitum Emanuele Philiberto Duce Sabaudiæ, vt magno cum Gallorum detrimento caperetur, qui inter alios Horatium Farneſium amiſerunt. Poſt hanc captivitatem, Carolus Imp. mandauit caſtrũ hoc*

hoc ſolo æquari, & novi Heſdinij fundamẽta poni, quod anno ſequenti perfectũ fuit. Situm habet cõmodiſſimum, ad ripam eiuſdem fluvij Canche. *Rigatur & altero fluvio vulgò* Blangis *à loco in quo oritur. Propter loci cõmoditatem munimentũ habetur validiſſimè, & propter translationem omniũ iuriũ & privilegiorũ, quibus olim gaudebat Heſdinum vetus, brevi tempore, habitatoribus repletum eſt, Heſdunum novum.*

Iter Antverpia Bethunam 32½. Pernes 4. Monſtreulium 9. ſimul 45½.

Inſulas vſque numerã-tur mill.	24½	Esbegues	1	George	½
Loo	1	Obers	2	o. Bethune	1
		Fert Hubert	2½		32½

BETHVNIA *vulgò* Bethune, *nobile in Atrebatibus oppidũ magnæ olim celebritatis, in Atrebatibus ſive Flandris occiduis, dominatus, antequam in Atrebatium nomen Comitatumq́; vna cum multis alijs concederet, peculiari nomine Bethunienſis Advocatia, ipſiq́; Principes Advocati nominabantur. Atq; adeo caſtrũ (quod miræ antiquitatis & munitiſſimũ opus etiamnum in vrbe Bethunia viſitur, à regio Gubernatore inſidetur) tanquã ſtabilem ſedem tenuiſſe videntur, vt hac occaſione, adfluente nimirum multitudine incolarum, & ædificijs circumcirca adiectis, opidũ ipſum quod anno iam tum 1137. deflagraſſe proditur, in eã amplitudinem excreviſſe merito debeat cenſeri. Bethunia hodie tertiũ inter Atrebatias vrbes locũ obtinere videtur, hoc eſt, proximum Atrebato & Audomaropoli. Partim à regio Gubernatore, partim à municipali magiſtratu vniverſa Reſpub. & Bethuniana ditio adminiſtratur. Mercimonijs reifrumentariæ negociatione, aliarumq́; rerum, quæ vitæ humanæ vſui ſunt, & exportari ſolent, eſt pro re nata florẽtiſſima. Quam ad rem præter loci ſituſq́; cõmoditatem, vti quæ opulentiſſimis Atrebatesij civitatibus vberrimis tractibus cincta, prope Flandriã ſpectet plurimum facit navigationis facultas quam fluviolis Laluna vel La Vieta ex multis rivulis, & ſubinde torrentibus conflatus, ad tertium ab vrbe milliare in Liſam Flandricã exonerans, Bethunien. præſtat, vniverſa civium multitudo duabus parœcijs ſive Curijs (præter præfectinos ſuburbanorum portionem, continetur. Bartholomæano Canonicorũ collegio nobilitatur & Vedaſtino, paucis ab hinc annis, ex ſuburbijs in opidum tranſlato.*

Mont en vente	2	Heuſingen	1	Barbet	1
c. Pernes	2	Lysburg	1½	o. Monſtreul	3
	4	Lagny	2½		9

Iter Antverpia Gandavum 10. Cortracum 8. Armentieram 7. Lilerſium 7½. Remiacum 7½. ſimul 40.

Vide tabulam Flandriæ.		Potz	1	Loo Chriſti	2
Haeſdonck	2	Eertbruggen	1	o. Gendt	1
h. Sterre	2	SevenEecken	1		10

GANDAVVM *vulgò* Gendt/*coluere primū, indigenæ Gorduni, ſive Gunduni veteres Nerviorum clientes teſte Cæſare; deinde Romani, quos ipſe Iulius Cæſar hic primùm præſidio collocavit. His poſtremo acceſſere Saxones, quos ad 60. millia Carolus Magnus in hanc Belgicæ partem traduxit. Vrbs eſt non amplitudine ſolum & dignitate, ſed amœnitate quoque loci, quā flumina, rivij, prata, colles & cœlū deniq; non alibi ſuavius afficit, conſpicua. Cumq; alijs rebus clariſſima ſit, multo tamen clariorem reddidit, fœliciſſimus Caroli V Imp. ortus. Non arbitror (inquit Eraſmus in Epiſt.) quaqua patet Chriſtiana ditio, civitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat, ſive ſpectes amplitudinem vrbis ac potentiā, ſive politiā, ſive gentis indolem: hactenus ille: Tria milliaria Germanica in ambitu continet. Inſula habitatæ, quæ fluminibus & aquæductibus eminent, ſunt in hac vrbe 20. pontes, quorū multi tribus fulciuntur fornicibus, plurimi duobus, naveſq; maximas (quas illi Pleitas vocant) ſubmittunt 98. Molæ ventis agitatæ plures centum, quarum maxima pars frumenta frangit, aliæ ex ſemine contuſo oleum conficiunt vna aquam ex vliginoſis pratis in flumina educit. Sex item aquarum impetu rapiuntur, ex quibus quatuor granis frangendis, quinta corticibus, ſexta papyro conficiendæ ſervit. Templa parœciarum hæc vrbs tantum 7. habet, quarum quæ S. Martini in Ackergem, neq; maxima neq; minima perhibetur abibetur ædium diſtinctarum 5015. continet, quas plures nonnunquam familiæ incolunt. Abbatiæ inter mœnia ſunt 5. Canonicorū collegiata ſodalitia 11. Monaſteria 25. Publica peregrinorū xenodochia 7. Noſocomiū vnum ampliſſimū & ditiſſimū. Gerontotrophia vtriuſq; ſexus decem. Pedotrophia, vbi etiam expoſiti infantes aluntur 11. Furioſorum ergaſtula 11. Xenodochium item Leproſorum vnū, annuo proventu ditiſſimū, vnde & nomen habet. His maiorū inſtitutis, liberalitas & pia benignitas civiū huius quoque temporis acceſſit, qui ære vicatim & in concionibus collecto, quotidie plus quam 4000. familias pauperum, omni re neceſſaria ſuſtentant.*

Petegem	3	o. Meenene	1	Hemplines	½
Vive	2½	o. VVerveke	1	o. Armentiers	½
o. Harlebeke	1½	o. Comene	1		7
o. Cortryck	1	VVaeſtene	1	Arquingen	½
	8	Dilſemont	½	Leventys	1½
VVenelgem	1	Verlaghien	½	Ter Foſſe	1½

Montbernenſe	2	Boura	½	Millefau	1
Gohen	1	Belly	1	o. Renty	2
o. Lilers	1	Quenny	1		7½
	7½	Bellefontaine	2		

Iter Antverpia Iperam 22. Caſſelam 6. S. Audomarum 2½. Bouloniam 10½. ſimul 41.

Vide tabulam Flandriæ.		Sunebeke	2	Pithem	1
Gandavum vſque numerantur mill.	10	o. Ipern	1½	Hardoye	1
			22½	o. Rouſſelar	1
Affne	1				9½
Duerle	1	*Aliud iter Gandavo Iperā.*		Nieukerke	1
Deinſe	1	Drongene	1	Roosbek	½
Grammene	1	Landegem	1½	Poelecapel	1
Dentergem	1	Poucke'	2	o. Iperen	2
Ingelmunſter	2	Tielt	2		14
Bunder	2				

HYPRA *vulgò* Ypern/*civitas in occiduo Flandriarū tractu conſtituta, à Septentrionem 160. circiter ſtadijs diſtantem habet Oceanū Germanicum: A Meridie verò ſtadijs 48. flumen Liſam, quorum vſu & oportuna cōmoditate varia à concurrentibus mercatoribus exercentur nundinationes, omnibuſq; ad cōmunem victū cōmodis & neceſſarijs abūde ſuppeditatis, fruitur. Vt de huius præclaræ civitatis, antiquitate aut eius cōditore aliquid certi dicatur omnia obſcuriora difficilioraq; ſunt, quā vt certi aliquid in medium afferri poßit. Eius non late pateret limites ac iuriſdictio, tamen ſi vltra 90. ſtadia circulū nō extenderis immemorabilibus pagis vicisq; circumſepta concluditur: in quibus tanta populorū fervet vis & copia, vt ab eo, qui nō viderit, credi non poßit. Multi enim & varij in his pagis ſunt qui 2000. 3000. & 4000. & plura hominū, quos Cōmenicantes vocant, continent, tantaq; plebis multitudine ſplendore numeroq; ædificiorū, verarū vt vrbis faciem habeant, & his ornamentis, multas muro vallatas vrbes, eaſq; alioqui famatas ſuperent. Fere omnes lanificio aut agriculturæ diligentem impendunt curā & operam, tantaq; ſunt diligentia vt ab ijs eatur in terræ viſcera, magnoq; ſudore cretaceam quandā effodiant terrā (Marga vulgò* Margel *dicitur) qua ſuos ſtercorent imovent atque emendent cāpos, quare omnis eorū ager, optimi ferax eſt tritici, hordei, præterea avenæ, fabæ, piſi, viciæ, lini, lupuli, rapi, braßicarum, aliarumq; frugum, bonā coloni faciunt ſementem: ex lini rapiq; ſemine, copioſè exprimunt oleum: pullis gallinaceis caponibuſq; qui alijs nationibus ſua magnitudine admirationi ſunt: equis robore & animo præſtantibus, belloq; gravis armaturæ equitibus vtiliſsimis invictiſsimisq;: equabus quoque, labori fortiter ferendo aptißimis gregibuſq;*

magna-

magnarũ ovium fœtura multiplici regio fœcundiſſima eſt, boum etiam vaccarumq; nutrix optima: preſſi caſei, nivei lactis, pinguiſq; butyri abundantiſſima, vſq; adeo vt hebdomadatim die vero Sabati, magno numero confluxuq; hominũ, Atrebates, Arteſij, Hannonij, Cameracenates, hic ſua eſculenta cõparent. Ager rivulis & torrentibus latus eſt, innumeris dives & amœnus paſcuis, nemoribuſq; ceduis, arbuſtis dumiſq; ſuaviſſimus, altis arboribus, varijsq; pomorũ generibus, magna cura & opera conſitis. Vina verò tũ Francica, tum Germanica, tum Hiſpanica, novo deniq; orbe nata, fluviorũ rex, magnuſque pater, abundè ſubminiſtrat Oceanus, vt in hac regione nil eorũ deſiderare poſſis, quibus tantopere & merito laudat, & in cœlũ vſque extollit ſuã Virgilius Italiam, vt non iniuria Maroni occini poſſit.

Laudibus Italiæ certet iam Flandria dives.

Hypra tertium Flãdriæ eſt membrũ ſolo fœlix & fœcunda, mercimonijs dives, opere & natura loci civiumq; virtute munitiſſima. Civitas hæc domũ habet civicã fere expoſitã, ſtructura & admirabili longitudine amplitudineq;, & turri quadra altiſſima inſignem, quã indigenæ Hallas vocant, in qua (dictu mirum) nulla arenearũ telæ pendent, ne Araneus quidem vllus ſit viſus vnquã. In eadem bis per annum celebres & magnæ ſiunt nundinationes, præſertim in lanificio, cuius vt cæteri pene omnes Flandri, ſemper fuit ſtudioſiſſima hæc civitas, qua non tantũ domeſtica, ſed & ab Hiſpanis, Anglis, & Scotis, Oceano mari, advecta, vtitur lana, quam in varios pannos conflatã, & miro artificio alijs atque alijs, qui deſiderari poſſint, coloribus infectam tinctamq;, in omnes orbis provincias, peregrini efferunt & diſtrahunt mercatores.

Vlamertinge	1	Terdegem	1	Banchove	$\frac{1}{2}$
Poperinge	$1\frac{1}{2}$	o. Caſſel	$\frac{1}{2}$	VVoeſtine	2
Abbeele capel	1		$6\frac{1}{3}$	o. S. Omer	1
Steenvord	$1\frac{1}{3}$				$2\frac{1}{2}$

AVDOMAROPOLIS *vulgò* S. Audmer, *corruptè* S. Omer, *recens eſt in Arteſia opidũ, initiũ ac nomen habens à S. Audomaro, natione Germano, non longe à Conſtantia oriundo, qui Morinis Evangelicus præco fuit, non quidẽ primus, cum prima fidei tyrocinia à Clemente, à Victorino, à Fuſciano acceperint, quæ ſive perſecutionum tyrannidè, obliterata atque deleta, ſive temporũ morumq; nequitia, velut ſitu obducta, iterum S. Audomari zelo firmata & reperata ſunt: Qui impulſu Francorũ regis Pipini & epiſcopi Noviomenſis, datur Morinis Epiſcopus, cuius ſanctitate motus Adroaldus, vir dives ac nobilis caſtrũ & agrũ Sithiu ipſi donavit, excitando & conſtruendo cœnobio. Quo à Bertino, etiam Germano ædificato, erecta eſt Eccleſia illa auguſta ac elegãs, nomenq; S. Audomari à collapſe religionis ac fidei reſtauratore, ſortita eſt. Ad quem Bertinus Abbas, patria & ipſo Conſtantien: cum Mommoleno & Bertramo, ex Luxovienſi cœnobio egreſſi ſunt, ad trinitatis fidem docendam, qui ab Audo-*

Q 2 *maro*

maro ſuſcepti, Chriſtianæ legationis officiū cõtinuæ prædicationis labore ſubierunt; quorum doctrinà populi multitudo ad vicū Sithiu in quo Bertinus cœnobiū ædificavit collecta, vrbem conſtruere cœpit, quæ Audomaropolis, ſive S. Audomari civitas, in memoriā tanti Antiſtitis, eſt appellata. Fuit autem Sithiu olim vicus celebris & lutoſus portus, in quo, occaſione ædificati monaſterij, Audomari Favum excrevit, vbi corpus B. Antiſtitis, quieſcit, ex Monaſterio translatum in primariā Eccleſiā, quæ Morinenſi detracta, anno quinquageſimo nono erecta eſt in Cathedralem. Mortuus autem eſt S. Audomarus circa annū Chriſti 695. Vrbs eſt Audomaripolis munita, habitatoribus frequens, ſplendidiſſimis ornata ædificijs inter quæ Abbe domiciliū excellit, cuius ampliſſima eſt iuriſdictio. Non longe ab hac vrbe lacus eſt celebres continuo fluens, qui deinde Aa vel Ha fluvio immiſcetur. Habet hic lacus adiunctos plurimos fundos, vti parvas inſulas, & prata virentia arbuſculis conſita, qui fundi mobilis ſunt, perinde ac ſi aquis vtrinq; inſiderent; ita vt dicti fundi vel inſulæ, loco moveantur, ſi funem arbuſculis alligaveris. Fundi non adeo exigui ſunt, quin læta præbeant armentis paſcua, quod vt verū, ita admiratione dignū. Sub has inſulas, recipiunt ſe piſces tempore hyemis vel æſtatis, vt à frigorū & calorū iniuria ſe tueantur. Ad hunc lacum inter alia ædificia, ſita & exſtructa eſt inſignis & auguſta Abbatia, vulgò Clermares ordinis S. Bernardi, cuius & ipſe fundator creditur. Gens Audomarana ingenioſa ac fortis & vt ex Oromanſaci cōpoſitione Becanus deducit, robuſta generoſa ac fortis ſoboles, quod agit, ea cauſa agit vt virū ſe præſtet: Nā Oromanſaces ea tenuiſſe loca exiſtimat, qui in Flandriæ Comitatu, S. Audomari, Guines & Teruanam opida incolunt. Itaque Atrebates & Oromanſaci, ſicut Nervijs magna conſtantia virtutisq; hominibus, vicini fuere, ita, eandem quoq; diſciplinā obſervarunt, quæ etiamnum gentis eiuſdem eſt indoles.

Lolingen	1	Longeville	1	Souverain	$\frac{1}{2}$
VViſmes	$\frac{3}{4}$	Bourqueville	1	o. Boulogne	1 $\frac{1}{2}$
Loquin	1 $\frac{3}{4}$	Albuchin	1		——
Sacque	1	Pernes	1 $\frac{1}{2}$		10 $\frac{1}{2}$

Iter Antverpia Dixmudam 21½. Hontſcotam 4. Bergam 2. Borborchū 4. Caletū 4. ſimul 35½.

v. de tabulam Flandriæ.		Somergem	2 $\frac{1}{2}$	o. Hondſcoten	1
Beveren	2	VVoeſtine	2		——
S. Gillis	2	Thorout	5		4
Steken	1	Vlaerſele	3	o. Bergen	2
Moerbek	1	o. Dixmude	$\frac{1}{2}$		——
VVaechbeke	1		——	Bronckerck	2 $\frac{1}{2}$
	——		21 $\frac{1}{2}$	o. Borborch	1 $\frac{1}{2}$
	7	Alvergem	2.		——
Doercel	1 $\frac{1}{2}$	Iſenbergen	1		4

BVR-

BORBVRGVM *vulgò* Borborch/*etſi exiguũ & pauper Flandriæ opidũ non niſi foſſa, & muro terreo lignoq; palis cõpacto munitum, diu tamen multumque Gallos exercuit, Anglis qui id eo tempore tenebant, acriter reſiſtentibus.*

Capellebroeck	1	Hoſtkerk	1	Mare	1	o. Cales	1
							4

Iter Antverpia Vuernam 21. Duinkerckam 4. Grevelingam 3. Caletum 3, ſimul 31.

Vide tabulam Flandriæ.		Adegem	1	Beytsboeck	1 ½
VVaechbecam in præcedenti itinere vſq; numerantur mill.	7	Oelem	1	o. Vuerne	1
		Praet	1 ½		28
		Loppes	½		
Eerdvelde	1	Sedelgem	1	Ghivelde	2
Ooſteeckloo		Sevecote	3	Lefferkerke	1
Eeckeloo	2	S. Peters capel	¾	o. Duinkerke	1
	10	Score	¾		4

DVINKERKA *vulgò* Duynkerken/*maritimum Flandriæ opidum, à Balduino Comite circa annũ Chr. 966. prima fundatione excitatũ, paucis ab hinc annis incolarũ diligentia, civitatis bene ornatæ laudem eſt conſecuta. Nam decenti murorũ ambitu ad ſecuritatem civiũ cinctũ, etiã ſumptuoſis privatarum ædiũ eſt exornatũ ſtructuris. Præſtitit hoc ipſi portus multarũ navium capacis oportuna cõmoditas, incolarũ frequentia & negociationis mediocris tractatio. Verum Galli, ſubita expugnatione hoc opidũ deformarunt, eo bello quo anno ſalutis 1558. Caletum, & vicina aliquot opida Anglis eripuerunt.*

Mardyck	1.	Loon	1.	o. Gevelinge	1
					3

GREVELINGA *vulgò* Grevelingen/*olim celeberrimi nominis & famæ nõ contemnendæ fuit: portũ habuit amplũ, ſtationi multarum navium, & negociationi idoneum. Sed priſtini ſplendoris, Nordmannorũ tyrannide, tum Gallorum incurſionibus plurimũ amiſit. Nunc verò incolæ fortis prudentiq; conſilio, & pecuniã contemnente animo, foſſa lata ac profunda, propugnaculis, & muro ſcitè affabreq; ædificato, opidum ſuũ, ab hoſtili incurſione tutum effecerunt. Iuxta hoc opidũ, ad cataractam Caletenſem, Gallorũ & Burgundionum acies de ſumma rerũ, magna virtute dimicarunt, & Egmondano Comite, Regis Philippi fortiſſimo Duce, reportarunt Burgundiones præclaram victoriam.*

Oye	1 ½	o. Cales	1 ½
			3

 Iter

Iter Antverpia Brugas 15. Oudeburgum 2½. & Nieuportum 3. ſimul 20½.

Vide tabulam Flandriæ.		Adegem	1	Male	1
Eekelo in itinere præ-		Maldegem	½	o. Brugge	½
ced. vſq; ſunt mil. 10		Ter donck	1		——
Ravenſchoot	½	Syſſelar	1		15

BRVGAE *Flandrorũ opidũ ad Oceanum in æſtu marino ſitũ, amplitudine ſpacioſum ædificiorũ magnificentia, tam privatim quã publicè: platearumq; nitore ac latitudine ſpectabile eſt: Canonicorum ac Monachorũ collegijs frequens, maieſtate civium & ſplendore cultuq; venerandũ: populi gratia, elegantia, & hoſpitalitate nobile, doctis viris ingenijsq;, & omnis generis artibus excellens ſupra quã dici poteſt. Plerique Lovanio Grudios, quorũ Cæſar meminit aſcripſerunt, Sed D. Becanus lib. 1. Atvaticorum Grudios Brugenſes fuiſſe confirmat, in quorum opido hactenus eſt domus Gruthuſa nominata, id eſt domus Grutia, à qua nobilis quædã Flandriæ progenies, & nomen & Gentilitatis originem accepit. Cum autem* Cruiten *vel* Ruiten *canales ſeu foſſas ad civiũ cõmoditates deductas, Belgis ſignificent, conſtare hinc poteſt, plurimis olim canalibus, ad diverſos vſis, hoc opidum nobile fuiſſe, atque hinc cives, Grutios ſive per mediam literã Grudios cœpiſſe nominari. Eadem autem ratione, poſt Brugij ſive Brugenſes ſunt nominati, propterea quod pontibus, quos* Bruggen *Flandri dicunt, pluribus abundarent: Vbi enim plurium eſt canaliũ, ad navalem vecturã, illic ad pedeſtre & equeſtre iter, quam plurimis opus eſt pontibus, ita vt Brugij cum Grudijs optimè quadrent. Totus hic locus, paſcendis oculis reficiendis animis dicatus eſt. Inſignis autem mulierũ Brugenſium ſplendor ac magnificentia à Meiero cõmemoratur. Nam anno 1350. cum Philippus Rex Galliæ cum Ioanna vxore Regina Navarræ, ſubacta Flandria Brugas veniſſet, talemq; mulierum ſplendorem ac faſtũ Regina conſpiceret, indignabunda dixit: Ego rebar, ſolam me eſſe Reginã, at hic ſexcentas conſpicio. Opibus autem lapſi ſunt Brugẽſes ob aquarũ & vecturæ incõmoditatem, & mercatores maximè quidem de Hanſeatica ſocietate, hanc vrbem deſeruerunt: Non tamen omnes mercatura Brugis iacet. Lanificium enim & Lanæ diſtractionem retinuit.*

Vaſſenare	1	Snaeskerke	1
Iabbeke	½	Slipe	1
o. Oudenborch	1	o. Nieuport	1
	——		——
	2½		3

Iter Antverpia Dammum 15½. & Oſtendam 5½. ſimul 21. mill.

Vide tabulam Flandriæ.		Tſaſs	3½	o. Damme	1
Beveren	2	Caprick	2		——
S. Gilles	2	Leeſtkyn	3		15½
Steken	1	Maerkercke	1		

DAM-

DAMMVM *vulgò* Damme/*valde opulentum populo & mercatoribus frequentiſſimũ olim oppidum, portu etiã & navium ſtatione celebre, clavis & oſtiũ maris erat, claudebat quippe & aperiebat Brugenſibus mercatoribus, alijsq; Oceanum, nunc incurſionibus Gallorum inteſtinis etiam Gandavenſium atque Brugenſium diſſidijs, alienata mercatorum frequentia, inſtar vici eſt, & portus, nil aliud quam foſſa manufacta, per 2. milliaria Flandrica, vſque ad portum Sluſa æſtu concitato tantummodo navigabilis.*

Metkercke	2	Honthauſs	1/2	Bevelene	2	o. Ooſtende	1
							5 1/2

Iter Antverpia Audenburgum 13. Sluſam 1. Blankenbergam 3. ſimul 17.

Vide tabulam Flandriæ.

Tſas vſque in præcedẽti itinere ſunt	8 1/2	Baſſervelde	1	o. Audenborch	1
Aſſenede	1/2	Bentille capelle	1		13
		S. Laurens.	1	o. Sluys	1

SLVYSA, *Teutonicæ Flandriæ opidum perquã elegans quondã* Lammervliet/ *vt palam ſit, ex publicis literis nuncupatum, copioſum olim & dives, quinq; Midelburgo, tribus mill. à Brugenſibus abeſt, arte manuq; facto aquæductu, ſeu Canali largiſſimo copioſiſſimoq;, omnes eius territorij aquas, ſingulari induſtria facilè vnum in locũ collegunt, eaſq; pluribus foſſis navigabilibus, per vrbem ducunt, ac vnum in alveum denuo revocatos, ad Dammum opidum indeq; ad Cattharactas* (Ter Sluyſen *vocant*) *deducunt, eiq; Reie nomen faciunt. In cuius exitu portus eſt, quo Sluſa opibus olim florens* (*quando nõ minus, quam tunc temporis etiã Bruga Hanſeaticis Orientalibus mercatoribus domicilia præbuit*) *tota Flandria Teutonica cõmendatur. Is quingentas naves facilè admittit, ſicuti & Annales Flandriæ perhibent, Anno 1468. paulò ante natalem Domini in hunc portũ appulſas 150. vno tempore naves mercatorias, inſpectaſq; ab opidanis cum gaudio, & lætitia perhibetur. Hunc portũ & opidũ Sluſanũ, temporũ iniuria collapſum, Brugenſes nunc reſtaurare & beneficijs augere inſtituunt. Ad opidi latus Arx egregiè conſtituta, quam Rex Hiſpaniæ militum præſidio tenuit. Ea Arx, licet nunc ab opido ſeiuncta ſit, illi tamen antea, per ædificia complura* (*quæ deinde conſulto Brugenſes everterunt*) *coniuncta fuit. Sluſanum namque opidum bellis contra Brugenſes & diſſenſionibus fractũ, ad extremum etiam venditione ipſis à Principe addictum, in eorum poteſtatem devenit.*

VVeſtcapel	1	Ramſcapel	1/2	o. Blanckenberg	1 1/2
					3

Iter

Iter Antverpia Fliſſingam.

o. Fliſſinga diſtat Antverpia mill. 12.

FLISSINGA *tertia ex præcipuis, vrbs VValachriæ, quæ eſt Zelandiæ inſula ſitu oppoſita Flandriæ; olim ſub annum 1400. campus erat, tranſitui in Flandriam natura commodus vt ex chronicis conſtat. ab hinc annis 60. eam Adolphus Burgundus mœnibus portiſq; cinxit, & ijs quæ ad portum neceſſaria videbantur, inſtruxit. Itaque dici poteſt, eam nunc eſſe vrbem, ex qua terrarum quocunque ſolvi navigariq; poſſit. eo commendatur Fliſſinga maxime nomine, quod tam amplo & oportuno firmetur portu, vt quacunque naves, ſive ex Oriente, ſive Occidente Meridieq; commeant, eo illas neceſſario oporteat adpellere. Hac vrbs cum tanti momenti ſit, iure meritaq; Clavis Belgici maris dici poteſt. Itaque qui Fliſſingenſi portu potitur, maris ſibi dominium promittere poterit. Vrbecula exiguo quidem ambitu murorũ eſt, ſed arte naturaq; munita, qua parte mari obverſa eſt, ſtrenuiſq; piſcatoribus atq; exercitatis nauclerìs, quos Pilotas vocant referta. Non Vlyſſea ab Vlyſſe vt quidam nugantur, ſed Fliſſinga ab vrceo aut lagena potius, quod poculi genus fictile ſuperne anguſti oris, ne imprudenter liquor effundi poſſit; in medio diſtento ac capace ventriculo, qui circa imum gracileſcit, ac ſenſim extenuatur. Belgis* een Fleſch *nominatur. Eius imagine civitatis huius vexilla, ac manipuli, quos etiam navium malis in vertice erectos, conſpicimus, inſigniti ſunt. Cum autem loci huius incolæ ſuaviter ſe poculis reficiant, nec ab ijs etiam abhorreant fœminæ (aliquando in hoc certamine viros potentiores) ab amplexu lagenæ, quo ſingulariter afficiuntur, eandemq; identidem exhaurire geſtiunt, nomen hoc conſequuti ſunt, aut idipſum ſibi à potandi conſuetudine aſciverunt, quæ quidem inter hos inolevit, non vt inebrientur, ſed inter ſe hilareſcant, atque animi nebulas diſcutiant. De Zelandis vulgò celebrantur hi verſiculi,*

> *Creſcit nequitia ſimul creſcente ſenecta*
> *In Zelandinis non fallit regula talis.*

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Iter Antverpia Mittelburgum in Zelandia.

o. Mittelburgum vſque ſunt mill. 11.

MITTELBVRGVM *vulgò* Mittelburg/ *Zelandiæ Metropolim quidam ita appellatam putant, quaſi in Inſulæ medio ſitum Burgum. Peramœna vrbs eſt etſi aërem parum ſalubrem habeat. Vndique cincta eſt valido muro, quem ambiunt latæ profundæq; foſſæ, exteriori muro firmatæ, quamobrem munita eſt. Eius vici perpulchri, domus elegantes. In Abbatia Guilielmus Rom. Rex, Hollandiæ Zelandiæq; Comes & Regina Eliſabeta ſepulchris egregiè ſtructis, conduntur. Emporium hac vrbs eſt omnium vinorum, quæ mari ex Gallia, Hiſpania, Luſitania, aliundeq; in Belgium advehuntur: alterius quoque generis commercijs ita divitijs potens, vt ipſa ſibi ab eius Domino Ermudam opidum, in quo naves portum capiunt coemerit.*

FINIS.